

FRIDERICI WEBERI
SOC. PHYS. IENENS. ADSCR.

# OBSERVATIONES ENTOMOLOGICAE,

CONTINENTES

NOVORVM QVAE CONDIDIT GENERVM CHARACTERES,

ET

NVPER DETECTARVM SPECIERVM DESCRIPTIONES.

KILIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII ACADEMICI NOVI
MDCCCI.

OPTIMO

# FABRICIO

ENTOMOLOGIAE VERE SYSTEMATICAE

FVNDATORI FELICI

ET

AMPLIFICATORI INDEFESSO,

PRAECEPTORI, FAVTORI ET AMICO

IN GRATAE MENTIS TESSERAM

OPVSCVLVM HOCCE QVALECVNQVE

SACRVM ESSE VOLVIT

AVTOR.

# LECTORI.

A quo tempore certiori firmiorique inaedificare systema entomologicum fundamento annisus est ill. *Fabricius*, clarior effulsit scientiae nitor. Ordinum enim atque generum characteres cum viuendi ratione alimentorumque natura arctissimis cohaerentes vinculis introduxit. Quae quidem, si Entomologus naturae et artis legibus satis imbutus, haecce rite constituere allaborat, genera naturalia a *Fabricio* plerumque assecuta, praebent. Alii, imo fama celebrati, Entomologi genera noua, lubrico innixi fundo, struxerunt, quae vero, dum *Fabriciana* vigent atque vigebunt, mox obliuioni data sunt. Attamen non negandum, in systemate *Fabricii*, licet ipse in diem magis

ma-

aut quia tantum in libris, qui ad manus non ſemper eſſe poſſunt, vt *Olivieri*, *Crameri* et *Druryi*, ſed haud in *Fabricii* ſcriptis digeſta ſunt, iterum pertractaui, quod vero de iis ſolummodo valet, quae in muſeo aderant. Praetermiſi autem a *Fabricio* nondum deſcripta, quae in libris, quos Entomologorum quisquis poſſidet v. c. *Paykullii*, *Illigeri*, *Creutzeri* aliorumque illuſtrata reperiuntur. Pleraque vero a me deſcripta apud nullum alium occurrunt autorem. Fieri tamen poteſt, inprimis, cum in loco haud abundantem librorum entomologicorum ſuppeditante copiam vitam dego, vt in opuſculis, quae ante oculos nondum fuere, hoc vel illud iam inueniretur inſectum. Quod ſi factum ſit, in poſterum annotare haud negligam.

Maximam horum inſectorum partem e Sumatra miſit coniunctiſſimus *Daldorfius*, nonnulla ab aliis adeptus ſum amicis, quorum nomina gratiſſimo animo aeque ac inſectarum patriam, ſi nota fuit, ſemper adieci. Entomologis amice conſpirantibus nec non plane inutile elaboraſſe opus, in poſterum eadem ratione per-

gere,

gere, et icones propria manu exaratas nouo opusculo addere proposui. Quod iam nunc fecissem, nisi antea Entomologi quae de meis iudicent laboribus audire voluissem.

Nunquam vero Germaniae species depingam, sed potius has cum *Panzero* communicabo, qui omnia patriae insecta depicta nobis praebebit, nunquam quoque Cimices, ne aliquid *Wolfio* *) praeripiam, qui nuperrime egregium suscepit opus, in quo omnia, quae *Linnaeus* in genere *Cimicis* amplexus est insecta, accurate describere et depingere promisit, quibus promissis primus certe fasciculus bene satisfecit. Magnam haud depictorum *Cimicum* partem, si illi desint, lubenter cum eo communicabo.

Ex genere *Mylabridum* nullas hic descripsi species, licet magnus mihi sit nouarum numerus, quem in Monographia iamiam elaborata, iconibusque propria manu exaratis illustranda, mox prelis commendanda, exponam. Publicas iam nunc

vi

*) Abbildungen der Wanzen mit Beschreibungen Erlangen 1800.

viris praenobilissimis, *Boebero*, *Droegio*, *Dumerillio*, *Fabricio*, *Hellwigio*, *Herschelio*, *Hartungio*, *Hausmanno*, *Klugio*, *Knochio*, *Lundio*, *Schneidero*, *Schippelio* et cunctis, qui nouas huius generis species mecum communicarunt, persoluo grates. Duas a *Fabricio* descriptas *Mylabrides* nondum vidi, *fasciatam* nimirum et *argentatam*, quas, si quis vt eas depingere possem, sub illaesae remissionis lege, mittere mihi vellet maximas impetraret gratias.

Pauca de terminologia in generum descriptionibus vsitata adhuc monenda supersunt. Praesertim cur sententiam suauissimi *Illigeri* de nonnullarum partium oris terminologia, mea non satis respondentem, non secutus sim, paucis adiiciam.

In praefatione ad Enumerationem Eleutheratorum Borussiae, quia medius palpus *Fabr.* idem est ac anterior *Fabr.* si quatuor tantum palpi adsunt, magis naturalem melioremque palporum esse terminologiam contendit ille, quae in insectis sex palpis praeditis, eam, quem tunc anteriorem appellat *Fabricius*, interiorem

rem denominet. Lubenter hancce magis naturalem concedo terminologiam, non tamen his rationibus praeferendam eam duco. Entomologiae restaurator, primus qui hac in scientia, quae oberant, tenebras fugauit *Fabricius*, summus, certam condidit terminologiam. Illum, si sex aderant palpi, in anteriores, medios et posteriores eos diuidentem, omnes hucusque Entomologi secuti sunt, nemine de iis dubio haerente, quae sub his intelligeret terminologia. Nunc vero mutata facillime ansam praeberet confusioni exoriundae. Qui, si *Fabricii* terminologiam didicisset, in multorum auctorum scriptis vsitatam eam animaduertit, tiro, nunc in nonnullis, altera inuenta perturbabitur. *Fabriciana* clara, certa et iam diu in omnibus aliis libris vsitata, mea quidem sententia, est praeferenda.

De altera oris parte, quam verbo *Ganache Latreillius*, verbo *menti* describsit *Illigerus*, pauca monebimus. Nil est nisi labium *Fabricii*, illud *Illigeri* mentum, testibus descriptionibus comparatis, quare probare equidem minime queo *Illigerum*, partem a *Fabricio* iam diu sub labii

bii verbo intellectam, mentum nunc appellari iubentem. De Labio *Illig.* characteres haud sumsit ill. *Fabricius*, excepto in Lucanorum genere in quo penecillos vocat labium *Illigeri*. Si saepius visitatum foret, hocce retinuissem verbum, semel vero occurrens et haud aptum, mutaui.

Praesertim errauit *Fabricius* palpos posteriores, qui plerumque labio *Illig.* adnati obseruantur, suo affixos putans. Quid est quod *Illigerus* non, hancce a *Fabricio* aliisque scriptoribus neglectam nouo insignire voluerit, nomine partem?

In meis generum descriptionibus, quod *Fabricius* sic denominauit labium nuncupo. *Illigeri* vero labium a *Fabricio* haud descriptum verbo *Ligulae* insigniri fas duxi, ipso innixus *Illigero*, qui in terminologia, quam edidit, analogam fere linguae aliarum animantium hanc esse partem contendit.

In maxillarum descriptionibus cum, si singulorum processuum negligamus stru-

ctu-

cturam, vacillet saepe descriptio, semper eam consideraui.

Denique me nil perfecti elaborasse ipse fateor, eo, me nihil plane inutile in medium protulisse iam contentus euadam iudicio. Nisi haec me fallat spes, plura in posterum iam nunc elaborata prelis commendabo.

Vale B. L. nostrisque laboribus faue.

Scribebam Kiliae Calendis Augusti. MDCCC.

## I.

## GENERVM, PARTIM AB AVTORE CONDITORVM, PARTIM AB EO EMENDATORVM CHARACTERES.

## *Praemonenda ad nouam generum descriptionem, quae a Scarabaeis Entomologiae systematicae, Fabricius, *) Illigerus, **) Latreillius ***) nec non autor seiunxerunt.*

Necessariam probant fuisse generis *Scarabaeorum* diuisionem, multa a celebratis iam diuersarum regionum Entomologis, eiusdem distribuendi in medium prolata tentamina. Primus *Latreillius Geotrupedis* nomine, *stercorarium* aliosque, quibus *Fabricius* in Suplemento *Scarabaeorum* retinuit nomen secreuit, et *Copridem* denuo introduxit. *Illigerus*, qui, genera noua a *Scarabaeis Ent. syst.* seiungens, ante oculos nondum habuisse videtur *Latreillium*, nouis haecce insigniuit genera nominibus, *Aphodium* condidit, et *Scarabaeum Latr. Orycten* nuncupauit. Ipse vero *Aphodiorum* partes oris, haud ab illis *Copridum* diuersas putat. Denuo haecce examinaui genera, et diuisionis characteres secundum

*) Suplement. Ent. syst.

**) Käfer Preussens 1.

***) Précis des charactères génériques des insectes.

dum methodum *Fabricianam* inueni. *Fabricius* denique genera *Latreillii* assumsit et *Oniten* addidit.

Rectius autem fecisse puto, in genus, quod Geotrupedis nuncupat, ea quae huius generis conditor *Latreillius*, in illo amplexus erat, si recipuisset. Ille vero *Geotrupedes Latreillii Scarabaeos*, et *Scarabaeos Latr.* *Geotrupedes* vocauit. Quibus non potest, quin scientia perturbetur.

Oris partium descriptionibus horum generum in diuersis illorum Entomologorum scriptis comparatis, maximum non raro obseruamus discrimen, qua de causa sine iactantia sperare possum, me, denuo atque diligenter haecce examinantem genera, et, quae inuenero, communicantem ab Entomologis nauci floccique minime habiturum iri.

Multarum horum generum specierum oris partes, iterum iterumque accuratissime inuestigaui, descriptiones Entomologorum laudatorum comparaui, et denique nouas characteres elaboraui, qui cum iis *Illigeri* ceteris magis quadrant. A *Copride* seiunxi muticos, vltimam *Fabricii* familiam, nomine *Ateuctorum* in duas iterum seiungendorum familias; in eam scilicet, cui clypeus est sexdentatus, alteramque tridentato gaudentem.

GEO-

## Geotrupes *)
## *Fabricii.*

*Scarabaeus Latreillii, Oryctes Illigeri.*
E *Scarabaeis Linnaei, Geoffr.*,

*Labrum* nullum.

*Palpi* quatuor inaequales.

*Anteriores* longiores, quadriarticulati, articulis inaequalibus, primo breui, secundo longiori, subcylindricis, tertio minimo, subgloboso, vltimo ouali, longitudine secundi, adhaerentes maxillae dorso.

*Posteriores* breuiores, triarticulati, articulo primo cylindrico, secundo globoso, breuissimo, tertio maiori elongato-ouali, labii lateribus sub apicem inserti.

*Mandibula* breuis, crassa, lata, fornicata, basi ciliata, apice obtusa.

*Maxilla* basi, margine exteriore ciliato processu externo integerrimo subrotundo compresso ciliato, interno vix vllo.

*Labium* corneum, ouatum, conuexum, porrectum, ciliatum, apice vtrinque compressum.

*Li-*

*) Remouendus est ab hoc genere *G. dispar Fabr.* Supplem. No. 7.

dum methodum *Fabricianam* inueni. *Fabricius* denique genera *Latreillii* assumsit et *Oniten* addidit.

Rectius autem fecisse puto, in genus, quod Geotrupedis nuncupat, ea quae huius generis conditor *Latreillius*, in illo amplexus erat, si recipuisset. Ille vero *Geotrupedes Latreillii Scarabaeos*, et *Scarabaeos Latr. Geotrupedes* vocauit. Quibus non potest, quin scientia perturbetur.

Oris partium descriptionibus horum generum in diuersis illorum Entomologorum scriptis comparatis, maximum non raro obseruamus discrimen, qua de causa sine iactantia sperare possum, me, denuo atque diligenter haecce examinantem genera, et, quae inuenero, communicantem ab Entomologis nauci floccique minime habiturum iri.

Multarum horum generum specierum oris partes, iterum iterumque accuratissime inuestigaui, descriptiones Entomologorum laudatorum comparaui, et denique nouas characteres elaboraui, qui cum iis *Illigeri* ceteris magis quadrant. A *Copride* seiunxi muticos, vltimam *Fabricii* familiam, nomine *Ateuctorum* in duas iterum seiungendorum familias; in eam scilicet, cui clypeus est sexdentatus, alteramque tridentato gaudentem.

GEO

## GEOTRVPES *)
*Fabricii.*

*Scarabaeus Latreillii, Oryctes Illigeri.*
E *Scarabaeis Linnaei, Geoffr.*

*Labrum* nullum.

*Palpi* quatuor inaequales.

*Anteriores* longiores, quadriarticulati, articulis inaequalibus, primo breui, secundo longiori, subcylindricis, tertio minimo, subgloboso, vltimo ouali, longitudine secundi, adhaerentes maxillae dorso.

*Posteriores* breuiores, triarticulati, articulo primo cylindrico, secundo globoso, breuissimo, tertio maiori elongato-ouali, labii lateribus sub apicem inserti.

*Mandibula* breuis, crassa, lata, fornicata, basi ciliata, apice obtusa.

*Maxilla* basi, margine exteriore ciliato processu externo integerrimo subrotundo compresso ciliato, interno vix vllo.

*Labium* corneum, ouatum, conuexum, porrectum, ciliatum, apice vtrinque compressum.

*Li-*

*) Remouendus est ab hoc genere *G. dispar Fabr.* Supplem. No. 7.

*Ligula* nulla.

*Antennae* clauato lamellatae, articulo ba longiſſimo, clauato, piloſo, reliquis inor formibus, vltimis tribus lamellis porre obtuſis capitulum compreſſum transuei oblongum corneum conſtituentibus.

Character habitualis.

Conferatur in *Supplemento Fabricii.*

SCARABAEVS *)
*Illigeri.*

*Geotrupes Latreillii.* E *Scarabaeis Fab cii, Linnaei, Geoffr.*

*Labrum* corneum, ſubquadratum, ciliatum, p minens.

*Palpi* quatuor, filiformes, ſubaequales.

*Anteriores* vix longiores quadriarticul articulis ſubaequalibus obconicis, timo cylindrico obtuſo adhaerentes i xillae dorſo.

*Poſteriores* triarticulati, articulis ſub qualibus, vltimo cylindrico, ligulae teribus adnati.

*) Adiiciendus *G. diſpar Fabr. Suppl.* No. 7.

*Mandibula* cornea, arcuata, margine interiore membranaceo ciliato, extus ſulcata, apice intus denticulata.

*Maxilla* baſi cornea latere exteriore altiore, proceſſu exteriore ſubcorneo foliaceo, margine integro ciliato, interiore minore ciliato.

*Labium* corneum, ſubquadratum, apice late emarginatum.

*Ligula* ſpongioſa, apice membranacea, bipartita, parte ſingula maxillaeformi, intus denticulata ciliata, apice obtuſa, inter haſce ſingulas partes protuberantia obtuſa.

*Antennae* clauato lamellatae, articulo primo maiori, ſecundo globoſo, tertio, quarto, quinto cylindricis, ſexto, ſeptimo, octauo pateraeformibus, tribus vltimis capitulum vtrinque conuexum lamellis ſubmembranaceis conſtituentibus.

## Character habitualis.

*Corpus* ſcutellatum, ouatum, in paucis ſubrotundum, nitidum ſupra nudum, ſubtus piloſum, colore plerumque nigro aut obſcuro.

*Caput* exſertum, clypeo ore breuiore tuberculato, raro cornuto, antennis ſub clypeo ante oculos inſertis.

*Thorax* conuexus, marginibus rotundatis aut cornutus aut inermis.

*Elytra* abdomen tegentia plerumque ſtriata.

*Pedes* validi, femoribus ſubcompreſſis, tibiis dentatis, tarſis quinque articulatis.

## C o p r i s *)

### *W e b e r i.*

E *Copridibus F a b r. I l l i g. L a t r e i l l. G e o f f r.*
E *Scarabaeis L i n n a e i.*

*Labrum* membranaceum, vtrinque rotundatum, apice truncatum ciliatum ſub clypeo obſconditum.

*Palpi* quatuor, inaequales, filiformes.

*Anteriores* paulo longiores, quadriarticulati, articulo primo paruo, vltimo elongato, acuto.

*Poſteriores* breuiores ſed validiores valde ciliati, articulo primo valde dilatato, ſecundo dilatato paulo breuiore, vltimo minuto cylindrico gracili, ſub ligulae apice ſinguli inſerti.

*Mandibula* membranacea, baſi cornea denticulata, externe rotundata margine interno recto.

*Ma-*

*) Differt a *Copr.* aliorum defectu muticarum ſpecierum, qui proprium conſtituunt genus.

*Maxilla* basi cornea, ad insertionem palporum acuminata, processibus membranaceis rotundatis, interiore minore.

*Labium* corneum apice emarginatum.

*Ligula* spongiosa bipartita, partibus maxillae formibus, basi corneis, apice membranaceis, acutis, intus denticulatis.

*Antennae* clauato lamellatae articulo primo longissimo, secundo globoso, reliquis subaequalibus pateraeformibus tribus vltimis capitulum lamellatum formantibus.

## Character habitualis.

*Corpus* exscutellatum, tardum immarginatum colore vario plerumque obscuro.

*Caput* sub clypeo amplo rotundato plerumque integro, saepe cornuto interdum lineis duabus eleuatis insignito absconditum, oculis rotundatis postice insertis vtrinque conspicuis, antennis breuibus sub clypeo ante oculos insertis.

*Thorax* magnus, conuexus, rotundatus cornutus aut inaequalis, marginibus deflexis, plerumque margine laterali superne foueola instructo.

*Pedes* validi, intermedii basi remoti, femoribus latis crassis subcompressis, tibiis validis, dentatis

tatis conicis, tarſis quinque articulatis, anticis minoribus aut nullis.

## Ateuchus *)
*Weberi.*

E *Copridibus Fabricii, Illigeri, Latreillii, Geoffroyi.* E *Scarabaeis Linnaei.*

*Labrum* membranaceum, lateribus rotundatis, apice ciliatum, ſub clypeo abſconditum.

*Palpi* quatuor inaequales.

*Anteriores* longiores, articulo primo breui, ſecundo et tertio longioribus obconicis, vltimo elongato acuto, adhaerentes maxillae dorſo.

*Poſteriores* triarticulati, articulo primo longiori cylindrico ciliato, ſecundo dilatato ciliato, vltimo cylindrico, baſi ligulae partium adnati.

*Mandibula* cornea apice membranacea ciliata, margine exteriori ſerrato.

*Maxilla* cornea, baſis apice acuminata, proceſſibus membranaceis rotundatis, marginibus ciliatis, interiori minori.

*La-*

*) Complectitur hocce genus muticos, vltimam Copridum *Fabricii* familiam. Nomen genericum a ἄτευχης *inermis* deductum eſt.

*Labium* ſubrotundatum ciliatum, apice obtuſum minime emarginatum.

*Ligula* membranacea, bipartita, partibus tenuibus acutis intus ciliatis.

*Antennae* vt in Copridibus.

## Character habitualis.

*Corpus* exſcutellatum, tardum, depreſſum marginatum, ſupra nudum, ſubtus ſaepe piloſum, colore plerumque nigro.

*Caput* ſub clypeo magno ſex aut bidentato, abſconditum, oculis rotundatis, poſtice inſertis, vtrinque conſpicuis, antennis ſub clypeo ante oculos inſertis.

*Thorax* rotundatus, conuexus, muticus, marginatus, marginibus deflexis.

*Elytra* abdomine breuiora marginata, plerumque non ſtriata.

*Pedes* validi, femoribus ſubcompreſſis, tibiis triangularibus, anticis compreſſis dentatis, tarſis minutis quinque articulatis, anticis ſaepe nullis.

ONI-

## Onitis *)
### Fabricii.
### E *Scarabaeis* Linnaei, Olivieri.

*Labrum* membranaceum, apice subemarginatum ciliatum, sub clypeo absconditum.

*Palpi* quatuor inaequales.

*Anteriores* longiores, filiformes, articulo vltimo longiore cylindrico.

*Posteriores* breuiores, compressi, vtrinque ciliati, extrorsum crassiores, triarticulati, ligulae adnati.

*Mandibula* membranacea, basi cornea, apice compressa rotundata ciliata.

*Maxilla* basi cornea, processu exteriore inflexo, dilatato, rotundato, integro, fungiformi, maximo, interiore paruo elongato.

*Labium* breue corneum, pilosum, rotundatum, emarginatum.

*Ligula* spongiosa bipartita, partibus membranaceis maxillaeformibus acutis.

*Antennae* clauato lamellatae vt in *Copridibus*.

### Character habitualis.

Conferatur in Fabricii *Supplemento*.

Apho-

*) Huc pertinent, praeter quas *Fabricius* huc refert *C. Bison*, et *Scarabaeus Menalcus* Pall. *Icon.* 14. tab. A. fig. 4. Species omnino ab *O. Sphinge* diuersa.

# Aphodius
## Illigeri.

E *Scarabaeis Fabr. Linn. Latr. Geoffr.*

*Labrum* membranaceum, lateribus rotundatis, apice truncatum ciliatum, ſub clypeo abſconditum.

*Palpi* quatuor filiformes.

*Anteriores* longiores quadriarticulati, articulo primo breuiſſimo, ſecundo longiſſimo, tertio breuiore, vltimo oblongo, cylindrico acuto, adhaerentes maxillae dorſo.

*Poſteriores* triarticulata articulis aequalibus, vltimo acuto, ſub ligulae parte apicali inſerti.

*Mandibula* membranacea, baſi cornea, externe et apice rotundata, interne recta.

*Maxilla* baſi cornea, proceſſibus rotundatis integris membranaceis.

*Labium* corneum marginibus rotundatis apice emarginatum.

*Ligula* ſpongioſa, apice membranacea bipartita, partibus mandibulaeformibus acutis intus denticulatis.

*Antennae* articulo primo longiſſimo, ſecundo globoſo, tertio obconico, reliquis pateraeformibus vltimis capitulum conſtituentibus.

## Character habitualis.

*Corpus* oblongum, ſcutellatum, conuexum, nitidum, nudum, colore vario.

*Caput* abſconditum ſub clypeo amplo rotundato, marginato, inermi vel tuberculato, antennis ante oculos ſub clypeo inſertis.

*Thorax* conuexus, ſubquadratus, lateribus marginatis, ſemper inermis.

*Elytra* abdomen tegentia, marginata plerumque ſtriata.

*Pedes* intermedii baſi approximati, femoribus latis compreſſis, tibiis omnibus dentatis, tarſis quinque articulatis.

Prae-

*Praemonenda ad genera, quae a Carabis Fabricii seiungenda putaui.*

Vexantes quoque numerosos sentiit *Carabos* amicissimus *Illigerus*, qui nonnullos ad *Elaphros* referens species, e quibus *Knochius* Entomologus celeberrimus et oculatissimus nouum constituit genus nomine *Tachydis* insignitum iamiam deminuit *Carabos*.

*Carabos*, *Cephaloten Fabricii* et *Gagaten Hellwigii*, habitu quidem *Carabis* discrepantes, *Scaritibus* adnumerauit *Illigerus*. Iterum atque iterum oris partes inuestigaui, sed nullos characteres inueni iustos, quibus a *C. striola*, *Leucophtalmo metallico* aliisque diuersi essent, multos vero quibus iure a *Scaritibus* seiungendi. De *Cephalote*, eius oris partes *Scaritum* congruere contendit *Illigerus*.

An vero iure? Dubito; licet ille autoritate *Hellwigii*, *Olivieri* et *Panzeri* innixus proferat sententiam. Iterum inuestigent, quaeso, Entomologi, iudiciumque ferant.

De

*Maxilla* cornea basi inaequali, processu intus ciliato, apice arcuato, acuto.

*Labium* corneum latissime emarginatum ad insertionem ligulae palporumque, laciniis rotundatis.

*Ligula* porrecta, cornea, arcuata, linguaeformis, basi latior, quadrata, vtroque latere in dentem erectum acutum ciliatum excurrens. Intus excauata.

*Antennae* filiformes, articulis obconicis vltimo cylindrico.

## Character habitualis.

*Corpus* exscutellatum apterum, elongatum subconuexum, plerumque opacum colore obscuro.

*Caput* magnum, exsertum, inaequale, oculis globosis, lateralibus, prominentibus, antennis lateralibus longe ante oculos insertis.

*Thorax* postice angustatus, antice rotundatus margine prominulo.

*Elytra* connata longitudine abdominis, vix deflexa.

*Pedes* validi, femoribus compressis, tibiis cylindricis ante apicem spinosis, tarsis quinque articulatis.

## T A C H Y P V S *)

*Weberi.*

E *Carabis Fabricii, Linnaei.*

*Labrum* breue corneum fubemarginatum.

*Palpi* fex.

*Anteriores* breuiores, triarticulati, articulo primo breuiore obconico, vltimo longiore intus excauato, adhaerentes maxillae dorfo.

*Medii* longiores quadriarticulati, articulo primo breuiffimo, fecundo tertioque obconicis, vltimo clauato, truncato compreffo, bafi anteriorum adnati.

*Pofteriores* triarticulati, articulo primo breuiffimo, fecundo longiore cylindrico, apicem verfus fenfim incraffato, vltimo clauato, truncato, ligulae bafi inferti.

*Mandibula* cornea, arcuata, dentata, intus valde ciliata.

*Maxilla* cornea bafi angulata integra, proceffu intus ciliato apice arcuato acuto.

*Labium* corneum, transuerfum, tridentatum, dente medio porrecto acuto.

*Ligula* membranacea, trilaciniata, laciniis rotundatis media ciliata maiore.

*An-*

*) Hoc genus conftituunt *coriaceus*, *hortenfis*, *auratus* etc. Nomen deductum eft a *ταχυς celer* et *πους pes*.

*Antennae* filiformes articulis fere aequalibus elongatis.

### Character habitualis.

*Corpus* ſcutellatum, agile, oblongum apterum, ſubconuexum, marginatum, colore plerumque obſcuro.

*Caput* ouatum exſertum, oculis globoſis prominentibus lateralibus, antennis lateralibus ante oculos inſertis.

*Thorax* planus cordatus poſtice emarginatus.

*Elytra* rigida connata ſubdeflexa longitudine abdominis.

*Pedes* curſorii, femoribus cylindricis, tibiis verſus apicem paulo incraſſatis ante apicem ſpinoſis, tarſis quinquearticulatis.

## CALOSOMA *)

### *Weberi.*

E *Carabis* *Fabr.* *Linn.*

*Labrum* breue, late emarginatum, corneum.

*Palpi* ſex.

*Anteriores* biarticulati, articulo primo longiore obconico, vltimo cylindrico, adhaerentes maxillae dorſo.

*Me-*

*) *Sycophanta, inquiſitor, alternans, reticulatus* etc. huc referantur velim. Nomen genericum deductum eſt a *καλος* *pulcher* et *σωμα* *corpus*.

*Medii* longiores quadriarticulati, articulo primo breuiſſimo, reliquis obconicis, ſecundo longiſſimo, baſi anteriorum adnati.

*Poſteriores* triarticulati, articulo primo breuiſſimo, ſecundo longiſſimo verſus apicem paululum incraſſato, tertio obconico, breuiore truncato, ligulae baſi inſerti.

*Mandibula* cornea, valida, vnidentata baſi ciliata.

*Maxilla* cornea baſi angulata, proceſſu compreſſo vncinato, intus baſi ciliato.

*Labium* transuerſum, corneum, late emarginatum, cum acumine medio, lateribus rotundatis breuiore.

*Ligula* membranacea, trilaciniata, lacinia media latiore ciliata.

*Antennae* filiformes, articulo primo valido, ſecundo breuiſſimo, tertio longiſſimo, reliquis obconicis, vltimo cylindrico acuto.

## Character habitualis.

*Corpus* ſcutellatum, agile, latum, alatum, ſubdepreſſum, marginatum, colore plerumque nitido.

*Caput* ouatum, exſertum, magnum, oculis lateralibus prominentibus globoſis, antennis lateralibus ante oculos inſertis.

*Thorax* planus, transuersus, lateribus rotundatis margine prominulo.

*Elytra* rigida subdeflexa, thorace latiora, longitudine abdominis.

*Pedes* cursorii, longi, femoribus subcylindricis, tibiis versus apicem paulo incrassatis, ante apicem spinosis, tarsis quinque articulatis.

## BRACHINVS *)

*Weberi.*

E *Carabis Fabricii, Linnaei.*

*Labrum* breue antice rotundatum corneum.

*Palpi* sex.

*Anteriores* breuiores biarticulati, articulo primo obconico, vltimo cylindrico, adhaerentes maxillae dorso.

*Medii* longiores, quadriarticulati, articulo primo breuissimo cylindrico, reliquis aequalibus obconicis, basi anteriorum adnati.

*Posteriores* triarticulati, articulo primo breuissimo, secundo longissimo versus apicem incrassato, vltimo cylindrico, basi ligulae inserti.

*Man-*

*) Huc pertinent *C. bimaculatus, crepitans, fumans* et similes. Nomen genericum deductum est a Graeco *βραχυνω* abbreuio.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, vnidentata.

*Maxilla* cornea basi subtriangulari, processu intus ciliato, apice arcuato, acuto.

*Labium* corneum late emarginatum.

*Ligula* membranacea, quadrata, carina media cornea.

*Antennae* filiformes, articulis cylindricis, secundo breuissimo.

### Character habitualis.

*Corpus* agile, alatum, scutellatum, colore vario.

*Caput* ouatum exsertum, oculis globosis lateralibus prominentibus, antennis lateralibus ante oculos insertis.

*Thorax* elongatus, postice angustatus marginatus.

*Elytra* rigida abbreuiata truncata basi deflexa apice sublatiora, plerumque striis eleuatis longitudinalibus.

*Pedes* elongati cursorii, femoribus subcylindricis, tibiis subcylindricis apice dentatis, anticis apice et medio dente armatis, tarsis quinque articulatis.

## CARABVS *)

*Weberi.*

E *Carabis Fabricii, Linnaei.*

*Labrum* corneum, ſubemarginatum.

*Palpi* ſex.

*Anteriores* breuiores, biarticulati, articulo vltimo longiore, adhaerentes maxillae dorſo.

*Medii* longiores, quadriarticulati, articulo primo breuiſſimo, reliquis obconicis, baſi anteriorum adnati.

*Poſteriores* triarticulati, articulo primo breuiſſimo, ſecundo cylindrico longiore verſus apicem incraſſato, vltimo obconico.

*Mandibula* cornea, arcuata, acuta, vix dentata.

*Maxilla* cornea, baſi latiore, proceſſu tenui, intus ciliato apice arcuato acutiſſimo.

*Labium* corneum, emarginatum, transuerſum, cum acumine medio breui.

*Ligula* cornea, ſubquadrata, marginata.

*Antennae* filiformes, articulis elongatis obconicis, vltimo cylindrico.

Cha-

*) Huc pertinent *Cephalotes, ſtriola, leucophtalmus, metallicus* etc.

## Character habitualis.

*Corpus* ſcutellatum alatum, agile, oblongum, glabrum.

*Caput* exſertum ouatum, oculis globoſis lateralibus prominulis, antennis ante oculos inſertis,

*Thorax* planus plerumque ſubquadratus.

*Elytra* rigida haud deflexa, longitudine abdominis aut abbreuiata *).

*Pedes* curſorii, femoribus ſubcompreſſis, tibiis rotundatis ſetis rigidis intus inſtructis, tarſis quinque articulatis.

*) Niſi *Leſteua Latreillii*, proprium conſtituit genus, vt equidem puto.

Non-

Nonnullae generum deſcriptiones adhuc addendae ſunt, noui nimirum, quod a *Chryſomelis* ſeiunxi, *Chryſomelae* ipſius et *Eumolpi*, vt in quibus differant comparari poſſit. Denique genus omnino nouum, quod vnam ſolummodo ſpeciem complectitur, quam e Sumatra miſit oculatiſſimus *Daldorſius*. Forte quis ad *Erotylos* redegiſſet hocce inſectum, ſed genus omnino diſtinctum conſtituit.

## Oides *)

*Weberi.*

E *Chryſomelis* *Fabricii*.

*Labrum* membranaceum, apice emarginatum.

*Palpi* ſex.

*Anteriores* biarticulati, articulo baſali breuiſſimo, vltimo longiori apice truncato, adhaerentes maxillae dorſo.

*Medii* triarticulati, articulo primo ſubcylindrico, ſecundo cyathiformi, vltimo breuiſſimo globoſo.

Poſte-

*) Huc pertinet *Ch. 2punctata Fabricii* et noua quam deſcripſi ſpecies. Nomen deductum eſt ab ὠοειδὴς ovalis.

*Posteriores* triarticulati, articulo primo breuissimo, secundo longiore obconico, vltimo cylindrico breui, labii medio inserti.

*Mandibula* cornea, medio dentata, apice truncata serrata.

*Maxilla* membranacea, processu recto acuto integro.

*Labium* membranaceum, apice truncatum integerrimum.

*Ligula* vix vlla.

*Antennae* filiformes.

## Character habitualis.

*Corpus* ouale, conuexum, marginatum, scutellatum, alatum, nudum, colore obscuriore haud nitido.

*Caput* breue insertum, oculis rotundatis marginalibus, antennis fronte inter oculos insertis.

*Thorax* transuersus planiusculus, lateribus prominentibus.

*Elytra* abdomine multo longiora, fornicata.

*Pedes* mediocres femoribus subcompressis, tibiis conicis, tarsis quatuor articulatis.

EVMOL-

## EVMOLPVS
### *Kugelannii.*

E *Chryſomelis* et *Cryptocephalis* *Fabr.* *Linn.*

*Labrum* corneum ſubquadratum.

*Palpi* ſex.

*Anteriores* biarticulati, articulis cylindricis, vltimo acutiore.

*Medii* triarticulati, articulo primo longo obconico, ſecundo cyathiformi breui, tertio breui ouali.

*Poſteriores* triarticulati, articulo primo breui, ſecundo et tertio longioribus cylindricis, labii medio adnati.

*Mandibula* cornea valida, apice furcata.

*Maxilla* breuis, baſi cornea, proceſſu rotundato membranaceo.

*Labium* corneum, apice rotundatum, integrum.

*Ligula* globoſa ſpongioſa.

*Antennae* filiformes, articulis apicis maioribus.

### Character habitualis.

*Corpus* gibbum, marginatum, glabrum, alatum, ſcutellatum, colore ſaepius ſplendido.

*Caput* rotundatum inſertum, oculis reniformibus marginalibus, antennis proxime ante oculos inſertis.

*Tho-*

*Thorax* transuersus marginatus gibbus.

*Elytra* rigida marginata, margine basi deflexo, gibba, fornicata, longitudine abdominis, basi gibbere magno notata.

*Pedes* validi, mediocres, femoribus incrassatis, tibiis cylindricis apice crassioribus, tarsis quadriarticulatis, plantis spongiosis.

## CHRYSOMELA.

E *Chrysomelis* *Fabricii.*

*Labrum* breue transuersum membranaceum subemarginatum.

*Palpi* sex.

*Anteriores* longitudine processus maxillae, filiformes biarticulati, articulis aequalibus, adhaerentes maxillae dorso.

*Medii* longiores triarticulati, articulo primo breui, secundo longiore, tertio crasso truncato, adhaerentes basi anteriorum.

*Posteriores* triarculati, articulo primo breui, secundo longiore, vltimo crasso truncato, labii medio inserti.

*Mandibula* cornea, arcuata, breuis apice emarginata.

Ma-

*Caput* ouatum insertum, oculis oblongis, posticis, lateralibus, prominentibus, antennis proxime ante oculos insertis.

*Thorax* quadratus marginatus basi apiceque vtrinque acuminutus.

*Elytra* conuexa, deflexa, rigida, abdomine longiora.

*Pedes* longi, tenues, femoribus subclauatis longis, tibiis elongatis cylindricis, tarsis triarticulatis.

# II.

## DESCRIPTIONES NVPER DETECTARVM SPECIERVM.

## ELEVTHERATA.

### *Geotrupes.*

*Thorace inermi capite cornuto.*

1\. G. Griseus capitis cornu apice furcato, basi dentato. *Monoceros*

E Brasilia.

Magnitudine *Herculis* foeminae. Clypeus vtrinque spinosus. Cornu magnum recuruatum, medio latius, apice furcatum, basin versus dente erecto armatum. Thorax rugosus marginatus niger basi carinatus. Elytra pilis cinereis tecta. Subtus cinereo pilosus. Pectus et femora ferruginea.

*Capite thoraceque inermi.*

2\. G. Piceus clypeo tridentato, capite protuberantiis tribus, thorace elytrisque rugosis. *dentatus*

E Sumatra a Daldorfio missus.

Paulo maior *G. nasicorni.* Oculi ferruginei. Clypeus tridentatus, dente medio minori.

Ca-

Caput trituberculatum, tuberculis sic positis ∴ Thorax marginatus rugosus. Elytra basi apiceque gibba subrugosa.

## *C o p r i s.*

*conspicillata.* 1. C. viridis capite nigro cornuto, thorace inaequali bidentato elytris sulcatis.

E Brasilia.

Statura *C. Mimas.* Caput nigoum basi parum viride, cornu erecto apice recuruato obtuso. Thorax marginatus, angulatus, retusus inaequalis vtrinque impressus, medio bidentatus inter dentes excauatus, linea semilunari lobata dentes coniungente et basi transuersa tenui nigris. Elytra sulcata viridia coeruleo micantia sulcis nigris. Pedes nigri. Femora postica viridia. Sternum porrectum laeuissimum nigrum.

*Foemina* mutica, thorace macula valde lobata nigra. Subtus tota nigra.

*bidens.* 2. C. scutellata, abdomine femoribusque testaceis, elytris striatis nigris, thorace canaliculato inaequali lateribus antice flauescentibus.

E Sumatra misit Daldorfius.

Clypeus subemarginatus lineis duabus transuersis eleuatis postica bidentata. Thorax ni-

niger inaequalis, elytris latior, canaliculatus anteriore laterum parte flauescens, puncto impresso. Elytra striata nigra. Subtus obscure testacea. Tibiis tarsisque nigris.

Forte cum *C. cincta, pallipede* et *flauipede* qui non minus sunt scutellatae ad *Oniten* est referenda.

## *Ateuchus.*

1. A. Aeneo violaceus glaberrimus elytris striatis. *histeroides.*

In America boreali inuenitus. Misit Droegius.

Statura parua *Hist. unicoloris*. Totus aeneo violaceus glaberrimus. Caput basi punctis duobus impressis. Clypeus emarginatus. Thorax laeuissime punctatus, laeuissimeque canaliculatus, puncto laterali impresso. Elytra septemstriata.

## *Hister.*

1. H. Aeneo ater thorace nitido elytris punctatis margine maculaque sesquialtera glaberrimis. *pulcherrimus.*

Ex Holsatia.

Statura et magnitudine fere *purpurascentis Illigeri*. Thorax nitidus margine pun-

 cta-

ctato. Elytra punctata opaca margine exteriore et macula sesquialtera suturam attingente glaberrimis nitidis. Abdomen punctatum. Pedes picei punctati.

*Opatrum.*

*hispidum.* 1. O. Nigrum hispidum.

E Sumatra misit Daldorfius.

Paulo minus *O. sabulosi*. Caput tuberculatum. Thorax irregulariter tuberculatus hispidus, marginatus, in medio fossa lata haud profunda. Elytra nigra lineis tuberculatis nouem, tuberculis hispidis. Abdomen nigrum pilis cinereis obsitum. Pedes picei. Antennae testaceae. Alae albae rubro venosae.

*sericeum.* 2. O. Brunneum pilis aureis tectum elytris punctatostriatis, femoribus anticis dentatis.

E Sumatra misit Daldorfius.

Vix huius generis antennis moniliformibus obscure brunneis pilis aureis. Caput nigrum punctatum. Thorax marginatus brunneus pilis aureis tectus. Elytra punctatostriata brunnea auropilosa medio nigrouirescentia. Sutura brunnea. Femora antica crassa dente magno armata. Alae albae brunneovenosae.

Ero-

*Erodius.*

1. E. Supra niger opacus elytris conuexis inflexis asperis, subtus ater nitidus. *cassidoides.*

Ex India orientali.

Statura et magnitudo omnino *Pimeliae variolosae* at huius generis. Caput et thorax laeuia subtilissime punctata. Elytra conuexa inflexa punctis eleuatis. Pedes graciles. Subtus ater nitidus.

*Muricatum Fabr.* Suppl. pag. 42. esse putarem nisi staturam *gibbi* ei tribuisset, quo noster multo planior.

*Tenebrio.*

1. T. Ater thoracis marginibus rotundatis elytris punctatosulcatis. *impressus.*

E Sumatra a Daldorfio missus.

Statura omnino *Helopis nigritae*, cui proxime affinis.

Forte *Helops laminatus*, *morio*, *nigrita*, *punctatus* et *aerugineus* etc. cum hoc ad nouum genus sint referendi. Differrunt antennis apice moniliformibus. Oris partes haud inuestigare potui. Saltem a *Helope* seiungendi et *Tenebrionibus* adnumerandi sunt. *Descript. impressi.* Thorax canaliculatus laeuissime punctatus, lateribus rotundatis angulo

poſtico acuto. Elytra punctatoſulcata. Plantae ſubtus lana rufa.

Differt ſolummodo a *H. nigrita Fabricii* elytris punctatoſulcatis et thorace diſtincte cananiculato. Rudimentum canali in thorace nigritae quoque obſeruaui, ſed elytra ſemper crenatoſulcata inueni, quod quidem ſatis eſſe videtur, eam ab hac ſpecie diſtinguendam.

*aeruginosus* 2. T. Obſcure aeneus, elytris punctatoſtriatis, pedibus atris.

E Sumatra a Daldorfio miſſus.

Paulo maior *Hel. laniped.* Caput aeneum. Oculi cuprei. Labrum cyaneum. Antennarum articuli ſex baſeos filiformes nigri nitidi, quinque apicis moniliformes opaci. Thorax irregulariter punctatus, ſubtiliſſime canaliculatus aeneus. Elytra punctatoſtriata aenea. Abdomen nigroaeneum punctatum. Pedes atri nitidiſſimi cyaneomicantes. Plantae aurulentae.

## *H e l o p s.*

*cupriarius.* 1. H. Ouatus ater capite thorace elytrisque colore purpureo, aurato et cyaneomicantibus.

Miſit e Sumatra Daldorf.

Sta-

Statura et magnitudo *H. atri.* Caput ſplendens. Clypeus, antennae et oculi nigri. Thorax punctatus colore fere Chryſomelae cereali. Elytra concolora punctatoſtriata vndique punctis paruis impreſſis. Subtus totus ater ſalis plantis lanugine rufa.

2. H. Oblongus nigrocyaneus thorace globoſo cyaneouiridi, elytris cuproaeneis profunde ſtriatopunctatis. *cyanicollis.*

In Sumatra collegit Daldorf.

Statura oblonga *Tenebr. violacei Fabr.* (*Helope Web.*) at triplo fere minor. Caput viride cyaneum. Clypeus et labrum apice ferruginea. Oculi cuprei. Antennae nigrae. Thorax globoſus cyaneouiridis, marginatus canaliculatus, laeuiſſime punctatus, baſi punctis quatuor maioribus impreſſis. Elytra cuproaenea nitida punctatoſtriata ſtriis profundis. Pedes nigrocyanei nitidi. Plantae rufociliatae.

## *Trogoſita.*

1. T. Teſtacea capite elytrisque cyaneis. *elongata.*

In Sumatra detexit Daldorf.

Paulo maior *T. picipide* oblonga. Caput cyaneum punctatum. Oculi nigri. Thorax ferrugineus nitidus. Elytra nitida cyanea punctata

ctata vix ſtriata. Subtus obſcure teſtacea nitida laeuiter punctata, anus niger. Femora ſupra nigra ſubtus teſtacea. Tibiae tarſique nigri ſubtus aurulenti.

### *Tachypus.*

1. T. Nigricans antennis apice rufis, elytris tuberculis elongatis triplici ordine lineisque eleuatis.

Ex America ſeptentrionali. Mecum communicauit Droegius.

Statura et magnitudo omnino *T. granulati.* Caput nigrum. Antennae nigrae apice rufae. Thorax marginatus canaliculatus, foueolis lateralibus, oculo armato ſubrugoſus. Elytra nigrocuprea thorace latiora lineis eleuatis tribus. Interſtitia punctata, tuberculis elongatis triplici ſerie, margineque exteriore punctato. Pectus abdomen et pedes nigra nitida.

2. T. Niger elytris ſtriatis, vittis quatuor aurotomentoſis.

In Holſatia detexi.

Paulo minor *T. nitenti.* Caput cum antennis nigrum. Thorax tomentoſus rugoſus canaliculatus inaequalis. Elytra ſtriata. Vittae qua-

quatuor aureae cum nigris alternant. Subtus totus niger.

In museo ditissimo ill. *Knochii* Prof. Brunsuicens. eandem, ni fallor, hoc nomine insignitam vidi speciem.

## *Cychrus.*

1. C. Atrouiolaceus elytris punctatostriatis. *stenostomus*

Ex America. Communicauit mecum Helwig.

Duplo minor *C. attenuati.* Caput nigrum nitidum. Thorax glaber marginatus canaliculatus basi foueolis duabus longitudinalibus. Elytra atrouiolacea punctatostriata margine cyaneo. Subtus punctatus. Pedes nitidi atrocyanei.

## *Cicindela.* *)

1. C. Cyanea elytris maculis quatuor flauis. *aurulenta.*

C. 6punct. variet. Fab. Ent. syst. 1. p. 175.? Web. Nomencl. entom. pag. 13. C. 6punct. β. aurulenta.

Forte neglexit Fabricius punctum paruum humerale.

In Sumatra collegit Daldorf.

Ca-

*) *C. longicollis* nouum constituit genus, cuius characteres alio loco cum Entomologis communicabo.

Caput aureum cyaneo micans. Oculi prominuli flaui nitidi. Labrum flauum margine nigro. Mandibulae concolores apice nigrae. Palpi antici et medii virefcentes poftici flaui articulo fecundo apice brunneo, fetis obfiti vltimo cyaneo. Antennarum articuli tres bafeos cyaneouirefcentes nitidi, reliqui opaci nigricantes. Thorax aureus cyaneo canaliculatus et marginatus. Scutellum cyaneum. Elytra holofericea obfcure cyanea margine viridi, maculisque quattuor flauis, prima parua humerali, fecunda maiori rotundata, tertia obcordata, quatta rotundata. Sutura aurea. Pectus cyaneum macula magna viridi aurea fetis albidis obfita. Dorfum aureum fplendidiffimum. Venter cyaneus nitidiffimus, margine albo villofo. Scapulae cyaneae maculis duabus aureis fetis albis tectis. Femora fupra aurea, fubtus cyaneouirefcentia albouillofa. Tibiae aurocyaneae albouillofae. Tarfi cyanei anteriores lana rufefcente. Alae albae cyaneo viridi parum micantes nigrouenofae.

Pulcherrima certe huius generis.

labiata. 2. C. Tota cyanea ore femoribusque ferrugineis.

Ex Infulis maris pacifici. A Fabricio donata.

Ca-

Caput obſcure cyaneum tuberculo magno. Oculi albi prominuli. Antennae baſi ferrugineae. Reliqua pars meo exempl. deeſt. Labrum ferrugineum baſi nigrum. Mandibula palpique ferruginei apice nigri. Thorax cylindricus ſubtiliſſime canaliculatus, margine baſeos et apicis eleuato. Elytra cyanea nitida apice emarginata, verſus apicem aeque ac verſus baſin gibberibus duabus notata. Femora ferrugineo apice nigra. Tibiae nigrae baſi rufae, ſubtus ſicut tarſi nigri lanugine rufa. Alae albae apice cinereae.

## *Odacantha.*

1. O. Flaua elytrorum baſi, faſcia oculisque nigris. *faſciata.*

Patria me fugit. Miſit Lund.

Statura et magnitudo *O. melanurae.* Flaua, caput, thorax et antennae excepto primo articulo obſcuriora. Elytra punctatoſtriata apice ſpina laterali armata, baſi faſcia lata verſus apicem oculique nigri.

## *Elaphrus.*

1. E. Ater ſupra viridiaeneus elytris punctatoſtriatis acuminatis. *elegans.*

In

In Sumatra detectus a Daldorfio.

Statura et magnitudo *riparii*. Caput viridiaeneum, oculi nigri. Thorax cordatus viridiaeneus canaliculatus valde marginatus basi punctis duobus magnis impressis. Elytra striata, striae subtilissime punctatae, apice acuminata. Pedes picei.

Certe ad *Carabos* hoc referret insectum, *Fabricius* sed *Elaphris* cum paruis *Carabis*, quos *Illigerus* huc retulit, adnumerandum est.

## *Clerus.*

*rufipes.* 1. C. Capite thorace elytrisque rugosis aeneis pedibus rufescentibus.

E Brasilia.

Magnit. *formicarii*. Caput et thorax viridiaenea rugosa pilis nigris. Antennae rufescentes apice nigrae. Elytra viridiaenea rugosa pilosa. Subtus cyaneus punctatus. Femora et tibiae rufescentia. Tarsi nigri.

## *Cantharis.*

*[illegible]* 1. C. Thorace nigro lateribus flauis elytris cinereis apice pallidis.

Ex America.

Sta-

Statura omnino *C. nigricantis Illig.* Caput nigrum, ore antennisque flauis. Thorax marginatus niger nitens punctis duobus profunde impressis marginalibus. Elytra cinerea rugosa apice pallida, pilis breuissimis nigris. Pedes picei. Abdomen cingulis flauis. Alae nigrae.

*Necrophorus.*

1. N. Niger elytris fascius duabus vndulatis *tomentosis* aurantiacis, thorace hirsutie aurea.

Ex America. Mecum communicauit Mauerhof.

Caput nigrum pilis quibusdam rarioribus aureis. Thorax marginatus canaliculatus niger, pilis densis aureis tectus, truncatus angulis obtusis postice rotundatus. Scutellum nigrum. Elytra nigra punctata lineis tribus eleuatis, margine pallido fasciisque duabus vndulatis aurantiacis, altera paulo ante medium, altera versus apicem tenuiore. Subtus aurohirtus. Pedes nigri. Tibiae et tarsi subtus lana flaua.

Non aptum mutassem nomen nisi in nonnullis museis hoc nomine insignitum obseruassem, et in libro haud mihi viso descriptum forte putassem.

*Niti-*

*Nitidula.*

*bupreftoides.* 1. N. Abdomine aeneocyaneo, elytris punctatis obfcure aeneis.

In Sumatra detexit Daldorf.

Diu dubius haefi cuinam generi fingulare hoc infectum adiungendum effet. Habita plane *Bupreft. pygmatae*, fed antennis huius generis. Deficientibus fpeciminibus, oris partes accuratius inueftigare haud potui, attamen vt obliuioni eripiatur, haricce hic defcribi fpeciem fas effe duximus.

Caput aeneum punctatiffimum, antennis oculisque nigris. Thorax rugofus obfcure aeneus, marginatus. Oculo armato rudimenta linearum duarum eleuat. transuerf. inueni. Scutellum fingulare, bafi aeneum apice cupreum, in medio linea transuerfa impreffa, quae partem aeneam a cuprea feiungit. Elytra obfcure aenea, minime ftriata, fed punctis impreffis regulari ferie ornata. Pedes et abdomen aeneocyanea.

*Coccinella.*

*punctatiffima.* 1. C. Nigra thoracis margine elytrisque flauis, maculis 14 nigris.

Ex America.

Magni-

Magnitudine *C. oblongoguttatae.* Caput et antennae flauescentia, oculi nigri. Thorax niger, margine antico tenui, laterali lato flauo. Elytra obscure flaua maculis marginalibus sex, mediis quatuor et suturalibus quatuor nigris. Subtus nigra marginibus segmentorum abdominis flauis. Femora, tibiae tarsique antici et intermedii, ferruginea, postici nigri.

2. C. Thoracis margine lineisque duabus diuergentibus albidis, elytris rufis maculis duabus nigris. *remota.*

Ex America boreali.

Magnitudine *C. 10macul.* Caput nigrum macula oblonga albida. Thorax niger margine antico et laterali lineisque duabus disci, antice diuergentibus albidis. Elytra rufa maculis duabus nigris prima vltra medium transuersa, vndulata ascendente suturam versus, postica subapicis rotundata. Pedes nigri. Scapulae vtrinque maculis duabus marginalibus flauis.

3. C. Atra elytris maculis tribus aurantiacis, thorace duabus marginalibus flauis. *haemisphaerica.*

Ex America.

Parua tota atra haemisphaerica, thorace maculis duabus marginalibus flauis, elytris

sub-

ſubtiliſſime punctatis, tribus aurantiacis ſic poſitis . ˙ ., prima in medio maiori.

*dubia.* 4. C. Nigra, margine elytrorum, linea flexuoſa et macula poſtica flauis.

Kiliae inueni.

Magnitudine *topuſt*. Caput nigrum, ore antennisque ferrugineis. Thorax niger pallide marginatus. Elytra nigra margine vndulato, linea flexuoſa a baſi vsque ad medium maculaque poſtica flauis. Femora nigra. Tibiae anticae apex mediarum et poſticarum, tarſique teſtacei. Vngues nigri.

## *C a ſ ſ i d a.*

*variolofa.* 1. C. Auropurpurea nitida, thorace elytrisque viridibus varioloſis margine auropurpureo.

E Braſilia.

Statura *C. clathratae* ſed paulo maior. Antennarum articuli ſex baſales auropurpurei nitidiſſimi, quique apicis cinerei opaci. Thorax viridis varioloſus margine auropurpureo. Elytra viridia nitida punctis magnis impreſſis, margine auropurpureo. Sutura glabra viridis apice cuprea. Subtus tota ſplendidiſſima auropurpurea. Plantae fuſcolanatae. Sternum inſigne, porrectum vade emarginatum.

2. C.

2. C. Liuida ſcutello elytrorum limbo vitta arcuata apiceque ſuturae nigris. *adhaerens*

Donum Fabricii.

Caput liuidum oculis nigris. Antennae flauae, articulo vltimo obſcuriore. Clypeus rotundatus reticulatus liuidus margine anteriore prominulo. Elytra gibboſa liuida, pars gibba punctata, vittaque arcuata interrupta irregulari nigra cum limbo connexa. Scutellum limbus marginis dilatati reticulati, et ſuturae apex nigra. Subtus tota liuida.

3. C. Flaua elytrorum nigrorum limbo guttisque pallidis. *punctata.*

E Sumatra miſit Daldorf.

*C. viridi* paulo minor. Caput cum antennis flauum. Oculi nigri. Clypeus flaueſcens margine dilatato, reticulato baſi nigro, guttis duabus punctoque paruo transuerſo intermedio flauis. Elytra nigra guttis 10 circiter, margine reticulato, apiceque flauis. Sutura nigra apice flaua. Subtus tota flaua.

4. C. Flaueſcens elytris flauo nigroque variis limbo omni flauo. *ſcalaris.*

E Sumatra miſit Daldorf.

Sta-

Statura praecedentis. Caput flauum, oculis nigris. Clypeus flauus basi ruber punctis tribus flauis sic positis ∴ intermedio minori impresso. Scutellum rubrum. Elytra disco conuexo punctato nigro flauoque vario, limbo dilatato reticulato flauo.

*E u m o l p u s.*

*fulgidus.* 1. E. Cyaneus nitidus elytris auropurpureis punctatis, margine cyaneo.

E Brasilia.

Statura et summa affinit. E. igniti. Inprimis differt elytrorum punctis magnis impressis. Antennae totae nigrocyaneae. Oculi aurei. Caput, thorax, scutellum, cyanea nitida punctata. Elytra basi gibbosa auropurpurea vndique punctis impressis, margine exteriore cyaneo, anteriore et sutura aeneouiridi. Corpus cyaneum. Plantae fuscae.

*C h r y s o m e l a.*

*decipiens.* 1. C. Cyanea antennis pedibusque testaceis, elytris flauis maculis cyaneis.

Ex America. Misit mihi Herschel.

Caput cyaneum canaliculatum punctatum. Oculi nigri. Os cum antennis testaceum. Tho-

Thorax cyaneus punctatus vtrinque linea impressa. Scutellum cyaneum. Elytra flaua punctis impressis, quae oculo armato nigro videntur, maculisque oblongis punctisque sparsis eleuatis cyaneis. Sutura brunnea. Pedes testacei.

*Oides.*

1. O. Testacea elytris macula fusca. *2punctata.*

Chrysomela 2punctata. Fabr. Ent. syst. 1. pag. 329. 10.

Ex India orient. accepi.

2. O. Fusca elytris anoque liuidis. *liuida.*

Ex India orientali. A Dumerilio missus. Caput fuscum, antennis nigris basi pallidis. Thorax canaliculatus fuscus. Elytra liuida lineis eleuatis. Pedes testacei. Abdomen fuscum, ano liuido.

*Galleruca.*

1. G. Testacea elytris punctatis, abdomine nigro segmentorum marginibus obscure testaceis. *testacea.*

In Sumatra collegit Daldorf.

Gall. testacea Fabr. Ent. syst. 2. pag. 13. 2. ?

Magna, Testacea oculi grisei. Antennarum articulus vltimus apice fuscus. Thorax cin-

E gulo

gulo transuerso impresso. Elytra marginata punctata, basi gibbere notata. Alae cinereae. Abdomen nigrum segmentorum marginibus obscure testaceis.

Miraris certe beneuole lector me huic speciei nomen tribuisse, quod iamiam bis apud *Fabricium* in hoc genere occurrit, No. 2. et No. 99. Attamen ita hoc opprobrium vitari pecto. *Testacea Fabr.* No. 99. ad *Alticas* ab hoc genere diuersos refero. Testacea No. 2. vero descriptione fere huic spec. congruit, tamen his ex caussis meam ab hac diuersam esse credo. Primum in descriptione *testaceae* No. 2. elytrorum punctatorum mentionem haud facit ill. *Fabricius*. Secundum vero ab ipso *Fabricio* nomine testaceae insignitam accepi speciem a *G. abdominali* plane non diuersam. E quibus colligo *Fabricium* forte ex museo ill. *Banks* nostram haud satis accurate descripsisse speciem, postea vero hanc, quam mihi dedit haud abdominali discrepantem, testaceam esse, putasse. Equidem quoque se in museo sub nomine testaceae abdominalem habere bene scio. Quibus rationibus aut testaceam *Fabr.* No. 2. extinguendam, aut accuratius describendam et cum nostra specie coniungendam esse credo.

2. G.

. G. Testacea abdomine elytrisque basi apiceque nigris. *Sumatrae.*

E Sumatra misit Daldorf.

Statura et magnitudine omnino praecedentis cuius forte mera varietas, nam possideo exemplaria in quibus semper magis magisque, color niger in basi apiceque elytrorum euanescit. Attamen cum primo adspectu tam diuersa videatur, hic describitur, obseruationes in posterum an sit propria species nec ne diiudicent.

Oculi cinerei. Antennarum articulus vltimus nigricans. Thorax cingulo transuerso impresso. Elytra basi gibba testacea punctata basi apiceque nigra. Scapulae testaceae maculis duabus fuscis. Abdomen nigrum. Anus testaceus.

3. G. Testacea elytrorum basi maculaque versus apicem nigris. *[illegible]*

In Sumatra detexit Daldorf.

Statura et magnitudine *G. abdominalis*. Caput cum antennis testaceum. Oculi, labrum et palporum apex nigra. Thorax marginatus testaceus medio cingulo transuerso impresso. Elytra testacea basi gibbere notata nigra, versus apicem macula magna marginem exteriorem attingente rotundata nigra.

Scutellum et ſutura teſtacea. Subtus teſtacea ano abdominis margine, tibiis tarſisque nigricantibus.

*bicolor.* 4. G. Cinereo argentea elytris atrocyaneis, apice, puncto paruo baſali thoraceque teſtaceis.

Ex Sumatra a Daldorfio miſſa.

Magnitudine praecedentis. Caput cum antennis teſtaceum. Oculi nigri. Thorax teſtaceus ſubtiliſſime punctatus, cingulo impreſſo. Scutellum teſtaceum. Elytra atrocyanea, in ipſo baſi puncto minuto, apiceque late teſtaceis. Pectus teſtaceum. Scapulae et abdomen nigra pilis argenteis tecta. Pedes antici teſtacei, femora mediorum baſi nigra apice teſtacea. Coxae omnes teſtaceae.

*humeralis.* 5. G. Cyanea pedibus anticis, thorace, maculaque elytrorum flauis.

Patria mihi ignota.

Statura *G. palliatae* at paulo minor. Caput flauum, oculis nigris. Thorax ſubgloboſus flauus. Elytra atrocyanea baſi macula rotundata flaua. Abdomen et ſcapulae atrocyanea. Pedes antici flaui. Femora mediorum baſi nigricantia. Tarſi tibiique teſtacei. Poſtici toti nigri.

6. G.

6. G. Cyanea thoracis lateralibus marginatis, capite antennisque nigris. *alpina.*

In summis Heluetiae alpibus collegit Versmann.

Statura *G. Alni* at duplo maior. Caput punctatum, cum antennis nigrum. Thorax cyaneus nitidus lateralibus valde marginatis rugosis. Elytra opaca cyanea, sutura nigra. Pedes cyanei, plantis liuidis. Alae rubroueuosae.

7. G. Liuida elytris fuscis, margine vittaque liuidis. *bacharidis*

E America boreali. Donum Fabricii.

Statura *G. Calmariensis*, at triplo fere maior. Caput liuidum macula baseos, oculis et palporum apice nigris. Antennae supra fuscae subtus testaceae. Thorax liuidus marginatus maculis tribus atris. Elytra fusca margine vittaque versus apicem acutiori flauis. Pedes flaui geniculis tarsisque nigris. Abdomen liuidum. Alae fuscae.

## *Altica.*

1. A. Cyanea elytris punctatis, abdomine cinereo piloso. *cyanea.*

In Sumatra detexit Daldorf.

Magni-

Magnitudine *A. oleraceae*, cui proxime affinis, differt tamen ſtatura paulo longiori et abdomine pilis minutis cinereis tecto.

Variat colore ſubuireſcenti.

*Crioceris.*

*cyanipes.* 1. C. Cyanea elytris faſcia media, maculaque baſeos et apicis rufis.

Ex India orient. Donata a Dumeril.

Magna. Caput rufum. Oculi nigri. Antennae cyaneae. Thorax nitidus rufus. Elytra ſubtiliſſime punctata cyanea, faſcia lata irregulari media, macula magna quadrata humerali minori verſus apicem ruſeſcentibus. Pectus et ſcapulae rufa. Abdomen cyaneum, ano margineque rufeſcentibus. Pedes cyanei.

*Sahui.* 2. C. Flaua elytris cyaneis faſcia media margineque pallidis.

Ex India orientali.

Caput cum antennis nigrum. Thorax flauus verſus baſin cingulo impreſſo. Elytra punctata cyanea faſcia media margineque pallidis. Pectus flauum medio nigrum. Scapulae nigrae. Abdomen flauum. Pedes nigri.

*tricolor.* 3. C. Flaua, capite nigro elytris baſi nigris, macula faſciaque poſtica brunneis.

In

In Sumatra collegit Daldorf.

Parua, flaua. Caput nigrum inter oculos flauum. Elytra flaua, basi nigra, macula humerali fasciaque postica marginem haud attingente rufobrunneis.

*Eumorphus.*

1. E. Ater elytris maculis duabus pallidis. *Sumatrae.*

In Sumatro detexit Daldorf.

Antennae filiformes articulis tribus vltimis latis compressis. Thorax subquadratus valde marginatus basi apiceque vtrinque acuminatus. Elytra lauia marginata basi gibbosa, maculis duabus rotundatis pallidis. Plantae lana liuida.

*Erotylus.*

1. E. Brunneus antennis scutelloque nigris. *brunneus.*

Patria mihi ignota. Misit Lundius.

Caput brunneum macula basali nigra. Antennae nigrae, basi apiceque parum brunneis. Thorax marginatus subcarinatus. Scutellum nigrum. Elytra marginata subrugosa brunnea. Pectus brunneum macula baseos nigra. Scapulae brunneae macula margineque nigris. Femora brunnea. Tibiae nigrae apice brunnea. Tarsi nigri subtus lana fusca.

Zo-

### Zonitis.

ata. 1. Z. Nigra margine thoracis, elytrorum basi, sutura et margine testaceis.

Ex America. Donum Fabricii.

Statura *Z. praeustae.* Caput nigrum pilosum, basi testaceum. Thorax pilosus niger margine testaceo. Scutellum nigrum. Elytra nigra basi, sutura margineque testaceis. Attamen neque sutura neque margo apicem attingit. Abdomen et pedes nigra. Alae atrocyaneae.

### Sagra.

Omnes quas noui huius generis species, cum haud exacte inter se distinctas obseruauerim, hic describam. Non plane tamen nihil esse nisi varietates *femoratam*, *splendidam*, *purpuream* et *tridentatam* negabo. Qua de re in posterum obseruationes discernere cupio.

femorata. 1. S. Viridiaenea femoribus posticis bidentatis tibiis posticis vnidentatis.

Fabr. Entom. syst. 2. 51. 1.

Tenebrio femoratus Drury Inf. 2. tab. 34. fig. 5.

Tenebrio viridis Sulz. Hist. Inf. tab. 7. fig. 8. haud ipse comparaui.

Ex India orientali.

Fabr.

*Fabr.* specimen e museo *Banks* descripsit. Ipse a Daldorfio ex India missum, quod nunc in museo *Lundii* inuenitur vidi. Accurate colore dentibus femorum ac tibiarum et magnitudine, cum descriptione *Fabriciana* et figura *Druryana* congruebat.

Corpus magnum viridiaeneum nitidum, antennis corpore dimidio breuioribus articulis vltimis nigris. Femora postica incrassata apice subtus bidentata, dente anteriori maiori. Tibiae obscuriores apice sinuatae vnidentatae.

2. S. Cyaneo-purpurea femoribus posticis bidentatis, tibiis posticis tridentatis. *splendida.*

E China attulit Nasser.

Magnitudine praecedentis. Corpus magnum laeue cyaneo purpureum nitidum. Elytrorum sutura aurea. Antennae apice nigrae. Femora postica incrassata apice subtus bidentata, dente anteriori maiori. Tibiae cyaneae, posticae apice tridentatae. Tarsi subtus vt in reliquis spongiosi.

3. S. Splendida auropurpurea femoribus posticis vnidentatis tibiis posticis apice subdentatis. *purpurea.*

Lichtenst. Catal. Mus. Holthuys. pag. 60. No. 713.

E China.

Dimi-

Dimidio fere praecedentibus minor. Corpus laeue auropurpureum nitidum. Antennarum articuli basales purpurei, apicis nigri. Elytrorum sutura aurea. Femora postica incrassata, apice subtus dente paruo armata. Tibiae posticae ad insertionem tarsium in dentem minutum excurrunt.

Specimen, quod descripsit *Lichtensteinius*, vir summe venerabilis, vidi meisque comparaui. Figuras Voet. col. 2. tab. 27. fig. 3. et Herbstii haud ante oculos habui. Attamen ipsum a carissimo *Fischbachio*, cuius cineres insigni veneramur amicitia, exemplar cum *Herbst.* communicatum in museo possideo, et dentibus congruere colore magis cyaneo a purpurea Licht. discrepare obseruo.

*tridentata.* 4. S. Auropurpurea femoribus posticis tridentatis tibiis posticis apice vnidentatis.

E China attulit Nasser.

Statura et magnitudine praecedentis. Differt tantum femoribus posticis tridentatis dente medio maiori, tibiisque posticis dente maiori apice armatis.

*fulgida.* 5. S. Cyanea elytris aureis tibiis posticis medio vnidentatis.

E China.

Sta-

Statura et magnitudine praecedentis at omnino diuersa. Caput viridicyaneum. Antennae apice nigrae. Thorax cyaneouirescens punctatus basi canaliculatus. Elytra punctata aurea, sutura margineque viridibus. Subtus tota cyanea. Femora postica incrassata intus parte inferiori macula magna lanata liuida, apice tridentata dente medio maiori. Tibiae valde sinuatae posticae in medio dente magno acuto armatae.

6. S. Nigra femoribus posticis bidentatis tibiis posticis tridentatis. *dentipes.*

Fabr. Ent. syst. 2. 52. 2.

Lichtenst. Catal. Mus. Holthuys. pag. 20. No. 706.

Hocce exemplar vidi et comparaui.

Ad Cap. bon. sp. inuenitur.

Paulo maior praecedentibus. Tota nigra. Femora postica incrassata apice subtus bidentata. Tibiae sinuatae vt in splendida et tridentata, posticae tridentatae.

7. S. Obscure viridis minime nitida femoribus posticis bidentatis, tibiis posticis vnidentatis. *tristis.*

Fabr. Suppl. Ent. syst. pag. 104.

E Cajenna.

Exemplar *Fabricii* comparaui.

Sta-

Statura et magnitudine praecedentis. Antennae cyaneae. Caput, thorax, elytra et abdomen obſcure viridia minime nitida. Scapulae macula media villoſa ferruginea. Femora poſtica incraſſata apice bidentata dente poſteriori maiori, baſi interiori macula magna aurea. Tibiae ſinuatae apice vnidentatae.

*Clytra.*

*bicolor.* 1. C. Thorace antice teſtaceo, poſtice cyaneo, elytris teſtaceis puncto maculaque cyaneis.

E Sumatra miſit Daldorf.

Statura omnino *C. Scopolinae* at paulo maior. Caput cyaneum. Antennis nigris baſi teſtaceis. Thorax antice et lateralibus teſtaceus, poſtice nigrocyaneus. Scutellum cyaneum. Elytra teſtacea punctata, baſi puncto paruo in medio macula transuerſa cyaneis. Subtus cinereo villoſa. Tibiae tarſique flaueſcentes.

*Hispa.*

*haemorrhoidalis.* 1. H. Rufa, elytris nigris baſi apiceque rubris, ſulcatis ſulcis clathratis.

In Sumatra inuenit Daldorf.

Caput rufum oculis nigris. Thorax rufus punctatus inaequalis marginatus canalicula-

culatus. Elytra sulcata, sulcis clathratis, atra basi interiori apiceque parum abdomine pedibusque omnino rufis.

2. H. Testacea elytris nigris multispinosis. *spinosa.*

In Sumatra detexit Daldorf.

Statura *H. atrae* at paulo maior. Caput testaceam oculis nigris. Thorax rugosus testaceus, spinis quatuor erectis acutis furcatis, et duobus lateralibus minoribus simplicibus. Scutellum testaceum. Elytra nigra, punctis profundis impressis, multispinosa spinis dorsalibus erectis, lateralibus maioribus cum minoribus alternantibus. Elytrorum apex serratus. Abdomen pedesque testacea, geniculis obscurioribus.

3. H. Nigra elytris flauopunctatis sulcatis sulcis duplici serie punctatis. *inaequalis*

Ex America misit mihi Herschel.

Magnitudine *H. atrae*. Caput nigrum, inter oculos lineis duabus longitudinalibus testaceis. Thorax niger punctatus lateribus lineisque tribus longitudinalibus testaceis. Elytra nigra sulcata sulcis duplici serie punctatis, apice et punctis in lineis eleuatis obscure flauis. Subtus nigra. Pedes flaui, coxis nigris.

4. H.

rubra. 4. H. Rubra elytris sulcatis sulcis duplici serie punctatis.

Ex America. Communicauit mecum Herschel.

Duplo maior *H. atra.* Rubra oculis nigris pedibus pallidis. Elytra rubra flauomicantia sulcata, sulcis duplici serie punctatis, marginata, serrata, basi gibbere notata, apice truncata.

rosea. 5. H. Rubra auromicans elytris sulcatis sulcis duplici serie punctatis maculisque obscurioribus in lineis eleuatis.

Ex America. A Herschel. accepi.

Nimis affinis praecedenti at duplo fere minor. Caput cum antennis obscure testaceum oculis nigris. Thorax ruber punctatus, margine lineisque duabus obscurioribus. Elytra rubra auromicantia sulcata, sulcis duplici serie punctatis, maculisque obscurioribus in lineis eleuatis, marginata, serrata basi gibbere notata apice truncata.

## *Cetonia.*

Inca. 1. C. Thorace atro albolineato elytris nigrobrunneis alboirrocatis, clypeo bipartito.

In Peru inuenitur.

Sta-

Statura omnino *Goliatae* at duplo minor. Caput atrum clypeo porrecto bipartito, parte ſingula triangulari, apice ſurcata intus rufo ciliata. Antennae brunneae oculi griſei. Thorax aterrimus minime nitens, ſubſerratus holoſericeus margine lineisque tribus longitudinalibus, et vna transuerſa quae marginem cum linea proxima connectit alboflauis impreſſis. Nucha ferruginea piloſa. Elytra abbreuiata obſcure brunnea, baſi apiceque gibbere notata, margine baſeos punctisque innumeris ſparſis alboflauis. Subtus viridiaenea pilis ferrugineis. Tibiae anticae tridentatae. Anus margine omni lineaque media alboflauis.

Forte *Ynca, Goliata, Cacicus, Polyphemus* etc. nouam conſtituunt genus.

2\. C. Holoſericea nigra margine faſciisque lateralibus flauis. *flaua.*

E Braſilia.

Proxime affinis *C. Holoſericeae*, cuius forte varietas margine punctisque nonnullis ſparſis elytrorum differt.

Cum ante aliquod tempus inſigni vtilitate apud cariſſimum *Helwigium Brunswigae* commemorarem, hanc ei dedi ſpeciem, et ille mecum a ceteris diuerſam et nouam eſſe

puta-

putauit. Cuius Entomologi auctoritate innixus nouo nomine indicaui.

Alteram possideo exemplar quo puncta flaua magnam elytrorum partem occupant.

*laeta.* 3. C. Capite thoraceque nigris luteo lineatis elytris viridibus.

E Brasilia.

Caput punctatum atrum linea media lata longitudinali, oculisque luteis. Clypeus emarginatus. Thorax marginatus niger, linea longitudinali, lateribusque luteis, puncto medio nigro. Scutellum luteum margine nigro. Elytra viridia nitida substriata. Pedes brunnei, femoribus posticis compressis, margine anteriore flauo. Scapulae brunneae antice flauae. Sternum porrectum luteum basi brunneum. Abdomen viride. Anus purpureus.

*mandarina.* 4. C. Aenea elytris oliuaceis setis atomisque albis.

Lichtenst. Catal. Mus. Holthuys. pag. 14. No. 176. aenea elytris albo subfasciatis. Affinis maculatae at minor eadem est licet descriptio nimis breuis. Idem exemplar emptu ibi accepi.

E China teste Lichtenst. mea a Daldorf missa sunt exemplaria e Sumatra.

Sta-

Statura et magnitud. *maculatae*. Caput aeneum nitens. Thorax oliuaceus holosericeus, atomis albis, lateribus basi punctatis aeneis nitidulis, margine postico rubro. Elytra holosericea obliuacea apice acuminata atomis albis, basi maculis duabus oblongis, medio vitta basin haud attingente eleuatis rubris sutura aenea nitida. Inter suturam et vittam striae nonnulla aenea. Pedes et abdomen atomis setisque albidis. Tibiae posticae medio dentatae.

Variat elytrorum margine parum rubro.

Variat maculis vittaque aeneis. Quae quidem varietas magis maculatam appropinquat, quam ante oculos habuit cel. Lichtenstien.

5. C. Aenea elytris acuminatis nigris opacis atomis fordide albis. *mixta.*

E Sumatra misit Daldorf.

Statura et magnitudine praecedentis. Caput et thorax punctata atomis fordide albis. Elytra nigra medio linea eleuata, atomis fordide albis. Scutellum nigrum atomis densis albis tectum. Subtus aenea atomis albis. Tibiae posticae vix dentatae.

6. C. Aenea thorace elytrisque nigroaeneis inaequalibus punctatis atomis albis. *marmorea.*

 In

In Sumatra detexit Daldorf.

Statura et magnitudine praecedentis. Thorax et elytra inaequalia punctata hic nitida aenea hic opaca atra, atomis albis. Abdomen atomis albis. Alae nigrae basi albae.

ciliata. 7. C. Thorace oliuaceo lateribus pallidis puncto nigro, elytris fuscoferrugineis acuminatis, macula nigra suturali, lunulis duabus atomisque raris albis.

In Sumatra a Daldorfio detecta.

Praecedentibus paulo maior. Caput obscure oliuaceum, oculis nigris. Thorax obscure oliuaceus lateribus flauis puncto nigro. Scutellum oliuaceum. Elytra fuscoferruginea acuminata lunulis duabus atomisque raris albis. Lunula prima in medio tegit maculam nigram suturalem, secunda versus apicem. Subtus aenea albo dense obducta. Pedes aeneo alboque varii.

*Olivier* in Museo *Gevers* eandem conspexisse videtur speciem sed detritem. Descripsit sub nomine *ciliatae* p. 90. depinxit tab. 12. fig. 112. sed et in descript. et in figura nullam mentionem facit lunularum albarum. Patria quoque eum fugit. Quibus ex rationibus iterum hancce speciem descripsi et patriam adieci. Nominaueram antea

*lun-*

*lamulatam* sed nomen Oliv. ex caussis iam olim dictis assumsi.

8. C. Oliuacea elytris colore rubro et oliuaceo versicolora atomis albis. *n. species.*

E Brasilia.

Statura et magnitudine *C. sticticae* tota oliuacea subtus pilis albis. Elytra colore oliuaceo et rubro versiculora, punctata limes duabus eleuatis atomisque albis.

*M e l o l o n t h a.*

1. M. Nigra tota atomis densis albis tecta. *alba.*

E Sumatra misit Daldorf.

Duplo fere *M. stigmati* maior gigas in hoc genere, nigra tota atomis densis albis obducta subpunctata. Clypeus reflexus. Oculi albi. Thorax marginatocrenatus. Elytra basi apiceque gibba marginata.

2. M. Fuscoferruginea capite, thorace elytrisque rugosis alboirroratis. *rorida.*

In Sumatra detexit Daldorf.

Magnitudine *Fullonis*. Clypeus subemarginatus. Thorax marginatus angulatus, punctis numerosis impressis, alboirroratus. Elytra subrugosa alboirrorata. Subtus setis atomisque albidis.

*pallens.* 3. M. Testacea thoracis margine antico et postico sutura tarsisque obscurioribus.

E Sumatra misit Daldorf.

Oculi nigri. Clypeus reflexus. Thorax punctatus marginatus testaceus, basi apiceque margine tenui obscuriore. Elytra punctatostriata testacea, scutello, sutura et margine obscurioribus. Pedes testacei, tarsis geniculisque obscurioribus.

*compressa.* 4. M. Planiuscula fuscoferruginea atomis albis thorace elytrorum latitudine.

In Sumatra collegit Daldorf.

Magnitudine *horticolae.* Ceteris planior tota fuscoferruginea atomis albis. Clypeus rotundatus reflexus. Thorax transuersus elytrorum latitudine, apice vtrinque acuminatus. Elytra apice gibba, lineis subeleuatis. Tibiae denticulatae.

*B u p r e s t i s.*

*scutellaris.* 1. B. Viridis, thorace vtrinque fossa transuersa maculaque baseos triangulari auropurpurea, scutello longissimo.

In Sumatra inuenit Daldorf.

Magnitudine *B. marianae.* Caput obscure viride punctatum, frons canaliculata. Anten-

ten-

tennae viridinigrae. Thorax transuersus subpunctatus obscure viridis, vtrinque fossa laterali sub qua macula triangularis auropurpurea iacet. Scutellum thorace longius concolor, margine anteriore cyaneo. Elytra obscure viridia apice acuminata, lineis eleuatis, interstitiis punctatis. Abdomen viridinitens medio canaliculatum, segmentis omnibus vtrinque basi acuminatis vtrinque puncto impresso, marginibusque cyaneis. Pedes cuproaenei. Alae cyaneouiolaceae. Variat magnitudine et colore magis cyaneo.

2. B. Viridis elytris apice cyaneis medio stigmate auropurpureo. *stigma.*

In Sumatra collegit Daldorf.

Affinis praecedenti at minor, congruit statura et structura capitis thoracis elytrorum et abdominis differt tantum thoracis macula purpurea defectu, et elytris viuacioribus viridibus, basi cyaneis, stigmate marginali purpureo.

3. B. Aurea elytris emarginatis punctatis striatis viridibus sutura margineque omni auropurpureis. *Salisburiensis.*

Entomologische Bemerkungen pag. 31. 2.

*B. Salisburiensis.* Viridicyanea elytris truncatis striatopunctatis, sutura margineque omni aurato.

E Carolina. Herfchel communicauit.

Noftrum quod a Herfchelio ipfo accepimus exemplar paululum ab eo, quod autor illius opufculi amiciffimus defcripfit, differt.

Statura et magnitudine omnino *B. fplendentis*, cui proxime affinis, fed defunt plane lineae eleuatae in elytris. Caput et thorax punctis impreffis viride purpureum. Antennae teftacea bafi nigrae. Oculi grifei. Elytra ftriata punctata (haud ftriatopunctata, nam elytra funt tota punctis impreffis notata non folam ftriae) viridia nitida apice emarginata, margine omni futuraque auro-purpureis. Abdomen et pedes aurea.

cyanea. 4. B. Cyanea elytris cyaneouiridibus apice attenuatis dentatis.

E Sumatra mifit Daldorf.

Magnitudine *B. viridis*. Cyanea tota folis oculis grifeis. Caput rugofum. Thorax rugofus inaequalis. Elytra rugofa cyaneouiridia apice attenuata, in dentem magnum marginalem diftantem excurrentia. Abdomen maculis tribus marginalibus argenteis. Alae fufcae.

vittata. 5. B. Aeneonigra thoracis lateribus elytrorumque vitta aureis.

Ex

Ex America. Mecum communicauit Mauerhof. Nomen dedit ill. Hellwig.

Statura et magnitudine praecedentis. Frons canaliculata oculi flaui. Thorax marginatus obſcurus lateribus aureis. Elytra nigra acuminata, vitta haud apicem attingente aurea. Scapulae et abdomen aenea margine flauo.

6. B. Nigra capite thoraceque auropurpureis. *cogitans.*

Ex America ſeptentrionali. Miſit Mauerhof.

Frons auropurpurea canaliculata, oculis antennisque nigris. Thorax ſerratus colore purpureo aurato et viridimicans, foueolis duabus, margineque lato ſubreflexo. Elytra punctata nigra opaca baſi gibba. Alae obſcure cyaneae. Subtus tota nigra nitida.

7. B. Nigroaenea elytris crenatoſtriatis punctis flauis. *aulta.*

Ex America. Communicauit mecum Mauerhof.

Affinis *B. 14gutt.*, quam ex meo muſeo deſcripſit in Suppl. Ent. ſyſt. ill. Fabricius, at duplo minor et deficientibus maculis thoracis.

Tota obſcure aenea. Thorax punctatus. Elytra crenato ſtriata punctis octoflauis ſic poſitis ⁚ ⁚ ⁚

8. B.

ouata. 8. B. Aeneonigra capite thoraceque auropubescentibus, elytris punctatis aeneis lineis eleuatis fasciisque vndatis ferrugineoaureis.

Ex America. Herschel.

Statura omnino *B. pygmaeae* at triplo maior. Tota aeneonigra nitidissima. Caput et thorax pube auro ferrugineo obsita. Margo thoracis reflexus. Elytra punctata lineis tribus eleuatis, fasciis tribus vndatis, et sutura ferrugineotomentosis nitidis. Anus concolor.

Varietatem duplo minorem amice quoque mecum communicauit cel. Herschel.

Forte *ouata, pygmaea, minata* etc. nouum genus constituunt.

## *Elater.*

bilineatus. 1. E. Ferrugineus thorace lineis duabus elytrorum margine et sutura nigris.

A Lundio missus. Patria mihi ignota.

Statura et magnitudine *E. rufipedis* Herbstii. Oculi nigri. Thorax punctatus ferrugineus basi canaliculatus lineis duabus nigris haud apicem attingentibus. Scutellum nigrum. Elytra striatopunctata apice attenuata ferruginea margine nigro. Sutura nigra basi ferruginea. Anus obscurus.

2. E.

2. E. Brunneus, pube cinerea. *cinereus.*

E America. Mifit Droege.

Statura et magnitudine *E. caſtanipedis*. Thorax punctatus bafi canaliculatus. Elytra ftriata. Pube cinerea totus tectus, pedibus folis dilutioribus brunneis.

3. E. Niger capite thoracisque lateribus rufis. *diſcoideus.*

Ex America boreali.

Caput tomento aurorufo tectam antennis oculisque nigris. Thorax niger canaliculatus punctatus lateribus aurorufis. Elytra punctata vix ftriata nigra minime nitida. Subtus totus niger, folis tarfis brunneis.

*P a ſ ſ a l u s.*

Antequam nouarum huius generis fpecierum defcriptiones inchoamus, pauca admoneri licebit. Iam diu nonnullus huius generis fpecies quae appropinquant, interrupto in mufeo ab hoc fecreui. Gaudens vidi amicum *Illigerum*, Herfchelio excitatum, nuper in translatione *Olivieri* p. 78. fimilem fufcepiffe laborem. Attamen in mufeis Entomologorum, magnam adhuc confufionem in hoc genere femper obferuaui, qua de caufa omnes, quas huius generis fpecies poffideo, accuratius a me defcribi de re effe putaui.

1. P.

interruptus 1. P. Vertice ſpinis tribus intermedia porrecta maiori, elytris crenatoſulcatis.

Fab. Ent. ſyſt. 2. 240. 1. Niger vertice ſpina recumbente.

*Lucanus interruptus.* Exſcutellatus antennis arcuatis, corpore oblongo depreſſo, vertice ſpina recumbente, thorace abdomineque remotis Linn. ſyſt. nat. 2. 560. 4. Muſ. Lud. Vlr. 33. Muſ. Adolf. Frid. 82.

Fabr. ſyſt. Ent. 3. 7. Species Inſect. 1. 3. 7. Mant. Inſ. 1. 2. 8.

Oliv. Inſ. 1. 24. 21. — tab. 111. 5. d.?

Illig. Ueberſ. d. Oliv. 1. p. 78. Anmerk. a. 1.

Degeer. Inſ. 4. 338 2. foemina tab. 19. fig. 13. Oblongus niger depreſſus, antennis arcuatis, capite tridentato elytris ſulcatis, thorace abdomineque remotis.

Herbſt. K. 3. 304. 8. tab. 34. fig. 4.

Panz. Beyträge 1. S. 11. tab. 1.

Sulz. Geſchicht. tab. 2. fig. 2.

Merian. Sur. fig. 50.?

Gronov. Zooph. 447.?

Petiv. Gazoph. t. 27. fig. 7.?

Dermeſtes Brown. Jamaic. 429. t. 44. fig. 7.?

Müller Ueberſ. d. N. Syſt. S. 97. No. 4. der Doppelſchild.?

Götze entom. Beyträge 1. S. 121. No. 4.?

*Cupes ſackarobarba.* Voet. Ord. 1. Gen. III. 1. I. tab. 29. fig. 1. *) Ca-

*) *Voetii* deſcriptionem adiicio. Antennis ac tibiis crurum mediorum et poſticorum coloris leuiter ſpadiceo, ob-

Caput dentatum, vertice dente magno porrecto basi crasso cuius ad latus vtrinque dens breuior. Orbita oculorum eleuata dentata. Antennae arcuatae articulis tribus vltimis lamellatis fatis. Thorax canaliculatus parum conuexus, vtrinque punctis impressis, basi subtus rufobarbatus. Elytra subconuexa lateribus crenatosulcata, medio sulcata crenulata, basis sulcarum duarum lateralium rufobarbata.

Ex America meridionali.

Varietatem minorem elytris planioribus vix distinguendam, vidi.

2. P. Vertice cornu erecto, medio recto angulo curuato, elytris punctatosulcatis. *distinctus.*

Illig.

obsitis crine aureo, reliquum animal nigro corruscans. Caput eleganter variegatum tanquam ex arte statuaria. In medio capite extat cuspis quaedam densa ac breuis instar cornu. Per medium scutum dorsi inuenitur sulcus satis profundus, qui scutum dorsuale in duas tanquam partes dissecat. Elytra per longum sulcata et minutis fossis seu puteis ornata. Thorax et veute crine aureo obsiti sunt inprimis ad latera. Tota bestia planiuscula est.

Nascitur et alitur in Surinamensi in sacharetis, quando arundines siue cannae, vbi succus expressus est, abiiciuntur per cumulos; quemadmodum indigena noster Rhinoceros in scobis ex ligno.

Huius speciei vna est, quae vix dimidie magnitudinem habet, ceterum sine vlla discrepantia. Dubium igitur, vtrum hi masculi sint, an vero non ita grandes euaserint, quando adhuc vermes erant.

Illig. Ueberſ. d. Oliv. 1. p. 78. Anmerk. a. II.

*Lucanus interruptus mas.* Oliv. Inſ 1. p. 25. La tête du mâle eſt armée d'une corne courte, avancée un peu courbé, au milieu placée.

Oliv. tab. 3. fig. 5. a. 56.?
Degeer. 4. 338. 2. mas.
Panz. Beytr. mas.

Herbſt. K. 3. 306. ſexum praecedentis putat. Auf der Mitte des Kopfes ſteht ein Dorn oder Zahn, der bey einem Geſchlechte flach liegt, *bey dem andern aber gebogen in die Höhe ſteht.*

*Cupes ſacharobarba ruber.* Voet. 1. Ord. 1. gen. III. 2. tab. 29. fig. 2.? *)

Dif-

*) *Voetii* verba afferam. Non differt a priori niſi colore et magnitudine. Totus quantus eſt badii coloris exceptis pedibus nigris. Alios etiam badios vſurpaui oculis, quod dubium mihi iniicit, vtrum ſit propria ſpecies, an vero diſcrimen oriatur ex eo, quod, recens ex ſua metamorphoſi excluſi, colorem illum nigrum necdum adepti ſint, quare etiam integumentum corneo-oſſeum minus durum eſt.

Praeter duas has ſpecies nullum vidi quae ad hoc genus referri poſſent et characteribus antennarum reſponderent.

Admirate mecum Entomologi virum praenob. *Voet.* qui iam anno 1765. ex his proprium conſtituit genus, his characteribus inſignitum, [Antennae clauatae; claua ex tribus lamellis ſeparata. Maxillae (*Mandibulae*) tridentatae prominentes. Scutellum lumbare nullum.] dum Fabr. adhuc 1787. et Olivier. 1789., hoc Lucanis adiunxit.

A

Differt inprimis a praecedente antennis gracilioribus, capitis cornu recto angulo curuato, et defectu ſpinarum ad latera cornu. Dein linea impreſſa in orbita oculorum, thorace magis globoſo, et elytris punctato ſulcatis baſi haud barbatis.

3. P. Capite multituberculato elytris ſtriatis, ſtriis mediis nullo modo lateralibus ſubpunctatis. *aſſimilis.*

Ex America.

Affinis praecedentibus, ſed magis depreſſus. Caput non dentibus ſed tuberculis tantum armatum. Antennarum articuli tres vltimi latiores. Thorax canaliculatus, lateribus apice valde marginatis nullis punctis impreſſis gaudens. Elytra ſtriis laeuibus mediis minime punctatis, lateralibus ſubpunctatis, baſi glaberrima haud barbata.

4. P. Capite linea transuerſa et longitudinali eleuata, clypeo emarginato, elytris ſubpunctatoſulcatis, antennarum articulis ſex vltimis latioribus. *emarginatus.*



A *Fabr.* in Ent. ſyſt. nomen genericum *Cupes* iam prius vſitatum mea quidem ſententia haud mutari deberet. Et ipſe in Philoſophia Entomol. dicit pag. 113. §. 29. "*Omnes nominum mutationes anſam praebent confuſionis. Maneant ideo nomina, niſi ſunt noxia et abſurda.*" Nil noxii et abſurdi in hoc nomine obſeruare poſſum.

E Sumatra misit Daldorfius.

Species omnino diuersa. Caput punctatum, linea transuersa et longitudinali, quae, vbi conueniunt, spinam erectam paruam formant. Orbita oculorum eleuata, dentata. Antennae articulis, sex vltimis latioribus. Clypeus dentatus valde emarginatus barbatus. Thorax haud canaliculatus videtur, oculo armato tamen eum subcanaliculatum esse animaduertis, thoracis latera multipunctata rufobarbata. Elytra subpunctatosulcata sulcis quinque marginalibus a basi vsque ad apicem rufociliatis.

*dentatus.* 5. P. Capite punctato multidentato, thorace medio sulcato lateribus punctatis.

Fabr. Ent. syst. 2. 241. 2.

Amice conspirat exemplar, quod e Sumatra a *Daldorfio* accepi, cum descriptione *Fabriciana*, minime vero neque cum descriptione neque cum figura *Olivieri* de *Lucano striato*, quem, *Passalum dentatum*, esse autumauit ill. *Fabricius*. Delendum est synonymon. Quem descripsit *Olivierus* idem est Lucanus nomine nitiduli cum *Hellwigio* a me communicatus, de quo in translatione *Olivieri* mentionem facit carissimus *Illigerus*. Antequam *Olivierum* comparare potueram, nouam hoc insectum

esse

esse speciem autumaui, comparato vero *Oliviero* nomen nitiduli, quod ei dederam, in striatum mutaui, cuius descriptio accuratissima in *Olivieri* translatione ab *Illigero* elaborata relegi potest. *Olivierus* Lucanum striatum ex Insula Burbon esse dicit, meam ex Insula St. Mauricii accepi. Sed ad descriptionem *Passali dentati* redeamus, quam plane fere e *Fabricii* Entom. syst. sumimus, quod etiam satis superque probat *L. striatum* haud esse *P. dentatum*, cum ipse *Fabricius* illum in Suppl. inedito, *Lucani nitiduli* nomine descripsit.

*Descript. P. dentati.* Totus glaberrimus minime ciliatus, labro solo pilis rufis. Magnitudine *L. striati*, at magis depressus. Caput punctatum dentibus plurimis eleuatis breuibus. Thorax quadratus glaber nitidus medio sulcatus, lateribus punctatis. Elytra, vt in reliquis remota, plana, sulcata, sulcis lateralibus crenatis, mediis crenulatis. Pedes breues.

*Lucanus.*

1. L. Mandibulis incuruis longitudine capitis, intus basi dente acuto, thorace nitidissimo punctato. *lunatus* *)

E

*) Perlegens tantum descriptiones *Lucani cancroides* in *Fabricii* et *Olivieri* scriptis *lunatam* hunc esse putaui,

tum

E Sumatra misit Daldorfius.

Magnitudine *L. cancroides* sed planior. Mandibulae longitudine capitis arcuatae, acutae, intus basi (haud in medio vti in cancroide) dente acuto. Caput latum punctatum nitidum, longitudine thoracis, lateribus pubescentibus. Thorax transuersus nitidus punctatus, margine cinereopubescente. Elytra thorace parum angustiora striata apice margineque cinereopubescentibus. Subtus totus brunneus. Femora antica macula pilosa aurea. Tibiae omnes pilosae.

*piceus.* 2. L. Mandibulis medio vnidentatis, piceus, thorace marginato punctato, elytris substriatis.

*Lucanus piceus.* Gmel. pag. 1591. No. 15.? ater glaber striatus, antennis abdomine pedibusque piceis.

*Brons-*

tum vero amicissimi *Illigeri* translationem *Olivieri* comparans, ex illis quae adiecit clare perspexi meum a cancroide diuersum esse. De *Illigeri* meritis in transferendo *Olivierum* nonnulla hic proferre liceat. *Olivieri* opus est Entomologis necessarium, sed pretium vetat, ne nocturna atque diurna manu versetur. Descriptiones sunt praecipua pars, figurae non vbique laudandae. *Illigerus* solas nobis dedit descriptiones, qua re librum, paruo adipisci possumus pretio. Quod quidem non satis est, emendauit descriptiones, et adiecit adnotationes, tam egregias vt nobis opus *Olivieri* praeferendum elaborauerit. Quisquis certe Entomologorum maxima cum vtilitate hoc vti potest libro, nil est magis optandum, nisi celeriter perficiatur.

*Bronsdorf.* nou. act. Stockh. 1785. 3. No. 10. pag. 217. tab. 8. fig. 2. haud comparare potui.

Ex America boreali, mecum communicauit Droege.

Iure quis mirari poteſt me diagnoſin protuliſſe, quae omnino cum *Fabriciana* Lucani tenebrioidis quadrat. Pauca hac de re monere liceat. Ipſe ill. *Fabricius* nec non cel. *Hellwigius* amicus venerandus mecum communicarunt *Lucanum tenebroidem*, et in omnibus exemplaribus mandibulas bidentatas obſeruaui. Qua de cauſa diagnoſin *Fabricianam* mutandam eſſe iudico.

*Picei deſcript.* Totus piceus oculis ſolis griſeis. Mandibulae exſertae punctatae, medio dente valido acuto. Caput thoracis latitudine, punctatum lateribus rugoſis, medio ſouea rotundata. Thorax marginatus punctatus apice foueis duabus rotundatis. Elytra marginata punctata ſtriata.

3. L. Aeneopiceus, mandibulis breuiſſimis antennarum articulis tribus vltimis perfoliatis. *Quensel.*

Ex America ſeptentrionali. Miſit Droegius ſub hoc nomine.

Statura *L. caraboidis*, at duplo fere minor. Caput aeneum punctatum thorace anguſtius,

antennis obſcure teſtaceis, articulis tribus vltimis perfoliatis. Thorax marginatus aeneus punctatus. Elytra marginata piceoaenea punctata ſubſtriata. Pedes picei femoribus anticis macula piloſa aurea abdomen piceum margine anoque ferrugineis.

*Cerambyx.*

*albotarſus.* 1. C. Cyaneus thorace ſpinoſo femoribus medio rufis, tarſis argenteis.

E Tranquebar miſit Daldorffius.

Virentem eſſe olim credidi. *Fabricius* inſecta diuerſa virenti adnumerat.

Drury Inſ. 1. tab. 40. fig. 1.
Oliv. Inſ. 67. tab. 11. fig. 78. et t. 18 f. 138.

Figura *Druryi* ne minimum quidem noſtro appropinquat, magis Olivieri, attamen ab his omnibus diuerſam eſſe puto.

Caput cyaneum antennis longitudine corporis totis nigris. Mandibulae apice nigrae. Thorax cyaneus vtrinque ſpinoſus. Elytra cyanea punctata. Coxae nigrae. Femora clauata rufa baſi apiceque nigra. Tibiae nigrae anteriores cinereotomentoſae. Tarſi omnes argentei.

*ſplendidus.* 2. C. Teſtaceus nitens elytris baſi aeneouiolaceis.

E

E Sumatra misit Daldorfius.

Caput testaceum canaliculatum punctatum. Mandibulae apice nigrae. Oculi quatuor *) nigri inter quos positae sunt antennae, basi testaceae, medio flauae apice fuscae. Thorax testaceus punctatus medio gibbus. Scutellum testaceum. Elytra testacea punctata lineis eleuatis quatuor, parte basali vsque ad medium aeneouiolacea, antice splendidiore postice opaca. Abdomen et pedes testacea.

3. C. Niger, labro thoracis lateribus lineis duabus in medio, elytrisque a basi vsque vltra medium flauis. *pellurus.*

E China.

Iam depictus est apud *Olivierum* 67. tab. 19. fig. 144.

Descriptionem nondum vidi. In primis hocce hic describo insectum ad emendandam synonymiam *Fabricii*, qui ad *Stenocorum 4maculatum* refert.

Oliv. Inf. 67. tab. 19. fig. 144.

Species diuersissimas!

Voet. Col. 2. tab. 9. fig. 35. haud comparat.

Nomen quod cel. Lichtenstein in

Catal. Mus. Holthuys. pag. 47. No. 563.

ei

*) An sint oculi veri diiudicent alii, ab oculis distinguere haud potui. In *C. Lundii* idem obseruaui. Conferatur structura reniformis oculorum in ceteris *Cerambicibus*.

ei tribuit retinui. Illo iam admonet hancce cum *Stenocoro 4maculato* haud confundendam esse speciem.

Caput cum antennis nigrum. Labrum flauum. Thorax ater spinosus, lateribus lineisque duabus obscure flauis. Elytra lineis tribus eleuatis, a basi vsque vltra medium flaua, apice nigra. Subtus totus niger alis concoloribus.

porcatus *) 4. C. Ferrugineo rufus, thorace subspinoso punctis septem, elytris vnidentatis lineis quatuor nigris.

Patria me fugit.

Caput cum antennis testaceum oculis nigris. Thorax ferrugineorufus, inaequalis, subspino-

*) Affinis *C. striato* Fabr. Ent. syst. 2. pag. 259. attamen diuersus videtur. *Fabricius striato* adnumerat *Oliv.* Ins. 67. tab. 10. fig. 71. Figura fere cum nostro porcato quadrat, nullo modo vero cum descriptione Fabriciana. E museo *Holthuysiano* nomine *Ceramb. porcati* insignitum accepi, videatur Lichtenst. Cat. Mus. Holthuys. pag. 48. No. 570. Ibi citatur Voet. Col. 2. tab. 16. fig. 68. In nostro exemplario *Voetii* desunt tabulae nonnullae qua de causa non hanc comparare potui figuram. Adiecit cel. Lichtensteinius, conferatur Oliv. Ins. 67. tab. 10. fig. 71. a. Cum solummodo dicit conferatur, colligo *Voetium* non plane eandem depinxisse speciem, et *Olivieri* figuram neque ad nostrum porcatum, neque ad striatum *Fabr.* pertinere. Mutaueram nomen non aptum porcati in septempunctatum attamen retinui nomen iam antea huic speciei praeditum, vt confusionem vitarem.

noſus, punctis ſeptem nigris ſic poſitis ·:·: Scutellum longum. Elytra baſi fouea impreſſa, ferrugineoruſa, ſtriis quatuor nigris, neque baſin neque apicem attingentibus, apice truncata dente marginali. Pedes teſtacei. Abdomen nigrum ano ſegmentorumque marginibus teſtaceis.

*Stenocorus.*

1. S. Cyaneus thorace lineis tribus, elytris baſi maculisque ſeptem albis. *pictus.*

In Sumatra collegit Daldorſius.

Statura et magnitudine *St. 4maculati.* Cyaneus. Caput et thorax lineis tribus longitudinalibus albis. Antennae longitudine corporis, cum oculis nigrae. Scutellum niueum. Elytra apice bidentata, dente marginali maiori, punctata, apice maculisque ſeptem albis, prima lineari ſic poſitis :·:· Subtus cyaneus, lanugine albo obductus. Pedes cyanei, tarſi ruſopiloſi.

*Rhagium.*

1. R. Atrum, thorace antice attenuato, elytris aurantiacis, margine et ſutura haud apicem attingentibus violaceis. *attenuatum.*

Ex

Ex India orientali. Dumerillius misit.

Caput cum antennis nigrum. Frons sulcata. Thorax rugosus inaequalis vix spinosus antice attenuatus. Scutellum nigrum. Elytra aurantiaca lineis eleuatis quatuor, margine et sutura lata, haud apicem attingentibus atrouiolaceis. Pedes cinereotomentosi.

Variat margine tenuissimo.

*C a l l i d i u m.*

*bidens.* 1. C. Flauum, thorace rotundato lineis tribus, elytris bidentatis lineis flexuosis maculaque apicis nigris.

In Sumatra detexit Daldorf.

Statura et magnitudine omnino *C. Verbasci.* Caput cum oculis et antennis nigrum labro flauo. Thorax flauus lineis tribus nigris neque basin neque apicem attingentibus, media basi furcata, laterales diuergentes breuiores. Elytra flaua bidentata lineis tribus flexuosis concurrentibus, maculaque magna apicis nigris. Abdomen flauum. Pedes cinereopubescentes.

*L e p t u r a.*

*cuprea.* 1. L. Fusca thorace dentato, elytris punctatis testaceocupreis, ano testaceo.

Ad

Ad flumen Terec inuenitur. Communicauit mecum Boeber.

Caput cupreotestaceum carina dorsali atra. Thorax capite concolor vtrinque dentatus, linea dorsali maculisque duabus nigris. Elytra cupreotestacea profunde punctata. Abdomen fuscum ano testaceo. Pedes testacei, femoribus basi apiceque nigris. Alae fuscae.

2. L. Auropubescens elytris nigris fasciis quatuor testaceis prima flexuosa. *carolina.*

E Carolina. Donauit Droege.

Statura et magnitudine *L. attenuatae.* Caput, thorax et scutellum auropubescentia. Antennae nigrae. Elytra attenuata nigra fasciis quatuor testaceis prima flexuosa. Femora omnia, tibiaeque anticae testacea, reliquae cum tarsis nigrae.

Varietatem vix diuersam, femoribus tibiisque omnibus testaceis a cel. *Dumerillio* nomine *L. zebrata Bosc* accepi. Retinuissem hocce nomen, sed amicus *Droegius* iam prius eandem misit speciem nomine *L. carolina* insignitam.

## *Apate.*

1. A. Cinerascens thorace globoso, granulato, bicornuto. *bicornis.*

Ex

Ex America. Donum Mauerhofii.

Antennae piceae. Thorax globosus, canaliculatus, punctis eleuatis numerosis, antice cornubus duobus deflexis. Elytra rugosa cinerea. Pedes picei.

Affinis *A. cornuti* at aliter, cornua non lateribus, sed in medio thoracis sunt posita.

*Anthribus.*

nodicornis. 1. A. Griseus nodis maculisque nigris.

In Sumatra inuenit Daldorfius.

Gigas in hoc genere. Antennarum articulus vltimus, crassior, maior acutus, reliquis aequalibus. Rostrum nigronodosum. Caput griseum, maculis duabus baseos holosericeis, lineaque media abbreuiata, eleuata, glabra, nigris. Elytra grisea maculis plurimis nigris, striata, in striis puncta eleuata nitida. Abdomen griseum maculis nigris. Pedes nigri geniculis griseis.

*Attelabus.*

analis. 1. A. Ruber, scapulis, pedibus rostroque nigrocyaneis.

In America reperitur. A Droegio nomine analis *Illigeri* accepi.

Affi-

Affinis *A. curculionoid.* Rostrum clauatum, sulcatum nigrocyaneum, basi parum rubrum. Thorax, scutellnm et elytra rubra punctata. Pectoris basis scapulae et pedes nigrocyanei. Abdominis segmentum primum atrocyaneum, reliqua rubra.

## *Curculio.*

1) Longirostres femoribus muticis.

1. C. Cyaneus nitidissimus, elytris subpunctatostriatis. *cyaneus.*

E Brasilia.

Medius. Cyaneus nitidissimus. Rostrum longissimum glaberrimum. Antennae nigrae articulo vltimo cinereo. Oculi aenei. Thorax subglobosus glaberrimus nitidus. Elytra nitida basi gibba, apice attenuata subpunctatostriata, abdomine breuiora. Subtus totus cyaneus. Plantae spongiosae.

2. C. Griseus elytris punctatostriatis maculis duabus nigris. *quadripunctatus.*

E Sumatra misit Daldorfius.

*C. Pini* paulo longior. Rostrum rugosum nigrum. Antennae piceae articulo vltimo griseo. Thorax elytrorum longitudine conicus niger, punctis magnis numerosis griseis.

Ely-

Elytra grifea valde abbreuiata, obtufa punctatoftriata maculis duabus rotundatis nigris, prima bafeos altera apicis. Subtus pedesque grifei. Anus niger.

*abdominalis.* 3. C. Planus niger roftro clauato, abdomine teftáceo, elytris ftriatis abbreuiatis.

In Sumatra detexit Daldorfius.

Magnitudine *C. Pfeudacori.* Roftrum clauatum piceum. Thorax niger glaber. Elytra ftriatopunctata abbreuiata nigra. Pedes nigri. Abdomen folum teftaceum.

*bifpinofus.* 4. C. Ferrugineo, albo, nigroque varius, pectore bifpinofo.

In Sumatra collegit Daldorfius.

Roftrum nigrum bafi apiceque ferrugineum, quafi oculis prominulis infertum. Thorax rotundatus inaequalis albo irroratus maculis magnis nigris et paruis ferrugineis. Elytra fimilia truncata apice et futura ferrugineis. Pectus albo nigro et ferrugineo varium, antice fpinis duabus porrectis tenuibus nigris. Abdomen album maculis mediis nigris. Alae fufcae.

b) Longiroftres femoribus dentatis.

*longimanus.* 5. C. Cinereo niger thorace lineis rufis, pedibus anticis longiffimis.

In

In Sumatra inuenit Daldorfius.

Statura et magnitudine *C. terminati.* Thorax granulatus, rufolineatus. Elytra cinereo-nigra punctatostriata longitudine abdominis. Sutura basi rufa. Venter tomento albo, dorsum aureo tectum. Pedes picei antici longissimi, femoribus omnibus apice dentatis.

c) Breuirostres femoribus muticis.

6. C. Griseus capite thoraceque medio sulcatis, elytris striatopunctatis. *unicolor.*

E Sumatra misit Daldorfius.

Statura et magnitudine *C. nebulosi.* Totus lanugine griseo obductus. Solis oculis antennisque nigris. Caput medio sulcatum. Thorax inaequalis, medio sulcatus, sulco neque basin neque apicem attingente. Elytra punctatostriata. Alae obscurae. Dorsum maculis duabus marginibusque segmentorum flauis.

7. C. Flauotomentosus capite thoraceque medio sulcatis elytris punctatostriatis. *rufitinus:*

E Sumatra misit Daldorfius.

Nimis affinis praecedenti, cuius forte mera varietas, differt tantum antennis griseis et tomento flauo, quod ita elytra obducit, vt neque striae neque puncta animaduertantur, detrito perspici possunt tomento. Alae albidae.

8. C.

*exsertus.* 8. C. Niger mandibulis exſertis pedibus craſſis, tibiis vncinatis dentatis, elytris crenatoſulcatis baſi et verſus apicem ſpina armatis.

Patria me fugit. Donauit Fabricius.

Magnus. Mandibulis exſertis. Roſtrum ſulcatum. Thorax rugoſus globoſus elytris latior. Elytra crenatoſulcata, in baſi et verſus apicem ſpina erecta armata. Pedes craſſi, tibiis vncinatis, dentatis.

*Colydium.*

*Sumatrae.* 1. C. Nigrum, elytris ſubcrenatoſtriatis apice ſulcatis ferrugineis.

In Sumatra detexit Daldorfius.

Statura *C. filiformis.* Nigrum. Caput canaliculatum. Orbita oculorum eleuata. Thorax punctatus, baſi linea transuerſa impreſſa. Elytra ſubcrenatoſtriata, apice ſulcata ferruginea. Anus ferrugineus.

*Ips.*

*abbreuiata* 1. I. Atra elytris punctatoſtriatis faſciis duabus rufis.

E Sumatra miſit Daldorfius.

Statura et magnitudine *I. nigripennis.* Nigra. Caput et thorax punctata. Elytra ſubtiliſſime punctatoſtriata faſciis duabus ſubundulatis, haud ſuturam attingentibus rufis, prima baſeos altera ſubapicis.

VLO-

## VLONATA.

### *Mantis.*

1. M. Thorace laeui, elytris alisque reticulatis pedibus posterioribus flauis. *fuscata.*

Ex America.

Caput fuscum tuberculatum. Thorax laeuis fuscus margine pallido. Elytra et alae reticulata fusca. Pedes antici serrulati, fusco flauoque varii, posteriores flaui geniculis obscurioribus.

### *Acheta.*

1. A. Alis caudatis elytris longioribus, thorace quadrato canaliculato ferrugineo lineis duabus nigris margine pallido, cauda biseta. *Chinensis.*

E China retulit Naffer.

Caput ferrugineum, ore oculisque pallidis. Antennae nigrae. Thorax quadratus canaliculatus ferrugineus lineis duabus lateralibus margineque antico nigris, margine laterali pallido. Elytra fusca basi obscuriora. Alae caudatae. Pedes pallidi. Femora postica incrassata. Tibiae posticae dentatae. Cauda biseta.

### *Locusta.*

1. L. Pallida, elytris alisque viridibus, mandibulis antice nigris capite cornu erecto denticulato femoribus tibiisque dentatis. *nigrofusca.*

Pa-

Patria me fugit.

Caput rugosum pallidum, vertice cornu erecto longo acuto denticulato, mandibulis antice nigris intus pallidis. Thorax deflexus angulatus pallidus. Elytra alarum longitudine cum alis viridia. Pedes pallidi, femoribus tibiisque omnibus multidentatis.

## *Gryllus.*

*miles.* 1. G. Thorace rugoso flauomaculato, postice carinato, elytris rubris, alis atris disco maculisque duabus purpureis.

Drury. Inf. 2. tab. 42. fig. 2.
*Gryllus nuptus.* Lichtenst. Cat. Muf. Holthuys. pag. 90. No. 161.

In Surinam inuenitur.

Caput nigrum flauo variegatum. Thorax rugosus niger flauomaculatus, segmento postico carinato. Elytra rubra apice parum nigricantia. Alae atrae elytris paulo breuiores, disco maculisque duabus apicis, approximatis vena tantum diuisis, quadratis, purpureis. Pedes flauoannulati.

Variat valde magnitudine.

*roseus.* 2. G. Pallidus vtrinque linea alba a thorace ad femora postica maculis tribus fuscis notata.

Lich-

Lichtenſt. Cat. Muſ. Holth. p. 91. No. 175.

Ad Cap. bon. ſp. inuenitur.

Pallidus linea alba a thorace ad femora poſtica. Elytra fuſca. Femora poſtica maculis tribus fuſcis notata, prima in baſi. Tibiae tarſique poſtici rubri.

3. G. Thorace denticulato fuſco, antico carina trifide ſerrata, poſticorum femorum apice et tibiarum baſi apiceque intus ſanguineis. *Charopus.*

Licht. C. M. H. p. 91. No. 176.

Ex India orientali.

Medius. Caput rugoſum, poſtice pallidum. Oculi brunnei. Thorax multidenticulatus, carinatus carina antice magis eleuata trifide ſerrata. Elytra et alae fuſco pallidoque variegata. Pedes pallidi, fuſcoannulati. Femora poſtica intus cyanea apice ſanguinea. Tibiae poſticae intus violaceae baſi apiceque ſanguineae.

## S Y N I S T A T A.

### *E p h e m e r a.*

*Cauda biſeta.*

1. E. Flaua dorſo aliſque fuſcis, ore oculisque atris. *atroſtoma.*

E Braſilia.

Gigas

Gigas in hoc genere. Caput inaequale: flauum, ore oculisque nigris. Thorax marginatus canaliculatus. Abdomen flauum dorso fusco. Cauda biseta, setis longissimis flauis. Alae fuscae.

## P I E Z A T A.

### *I c h n e u m o n.*

*Scutello albo antennis alboannulatis.*

*cingulatorius.* 1. I. Thoracis margine, petioli et segmenti primi abdominis basi, anoque albis.

Ex Hollandia.

Magnitudine *I. molitorii.* Os et orbita oculorum alba. Thorax niger albomarginatus. Petiolus basi albus. Abdomen atrum. Segmentum primum margine antico albo. Anus niueus. Pedes anteriores albi, femoribus supra nigris. Pedes postici nigri, tibiis basi albis.

### *V e s p a.*

*Tahitensis.* 1. V. Nigra flauomaculata dorso fasciis flauis, segmento secundo maculis duabus ferrugineis.

Vespa *Tahitensis* nigra, flauomaculata, abdomine flauo fasciato, segmento secundo vtrinque macula magna ferruginea. Lichtenst. Catal. Mus. Holth. p. 201. No. 142.

Ca-

Caput nigrum, ore maculisque duabus posticis flauis. Antennae ferrugineae apice fuscae. Thorax niger maculis plurimis flauis et ferrugineis. Abdomen flauum, dorso nigro fasciis flauis, segmento secundo maculis duabus magnis ferrugineis. Pedes flaui, mediorum coxae et femora, posticorum femora tantum nigra.

2. V. Fusca, antennis, maculis thoracis, alis, tibiis anterioribus tarsis anoque ferrugineis. *ocreata.*

Vespa *ocreata* fusca tibiis anoque ferrugineis. Licht. C. M. H. p. 202. No. 166.

Ex India orientali.

Caput fuscum, ore, antennis et orbita oculorum ferrugineis. Thorax fuscus margine antico maculisque duabus ferrugineis. Abdomen fuscum segmentis vltimis ferrugineis. Femora nigra, anteriora apice ferruginea. Tibiae anteriores ferrugineae, posteriores nigrae. Tarsi et alae ferruginei.

3. V. Flaua nigromaculata petiolo, abdominisque dorso cruce nigro. *crucigera.*

Vespa *cratiata.* Licht. C. M. H. p. 202. No. 162.

Ad Cap. bon. sp. reperitur.

fesquicincta. 4. V. Nigra flauomaculata, petiolo apice flauo, abdomine fasciis tribus flauis prima interrupta.

Vespa *fesquicincta.* Licht. C. M. H. p. 202. No. 163.

Ex India orientali.

Antennae supra nigrae, subtus ferrugineae. Thorax niger margine antico maculisque flauis. Petiolus apice flauus. Abdomen nigrum, fasciis tribus prima interrupta flauis. Pedes flaui.

colobopterа 5. V. Albida abdomine subpetiolato, alarum rudimentis breuissimis.

Vespa *coloboptera.* Lichtenst. C. M. H. p. 202. No. 159.

E Surinam.

Tota exalbida capite fusco.

trimaculata. 6. V. Abdomine petiolato, ferruginea petioli basi et thoracis dorso nigris abdomine ferrugineo maculis tribus nigris.

Vespa *trimaculata.* Licht. C. M. H. p. 202. No. 169.

E Siberia.

Caput nigrum, ore et antennarum basi flauis. Thorax flauus dorso nigro. Petiolus ferrugineus basi niger. Abdomen ferrugineum

neum basi, ano, et maculis tribus in medio nigris. Pedes ferruginei, coxis nigris.

7. V. Holosericea nigra petiolo ferrugineo basi nigro. *Sumatrae.*

E Sumatra misit Daldorfius.

Tota holosericea nigra, labro albomarginato. Petiolus clauatus ferrugineus basi niger. Alae albae nitidae superiores venis margine antico fasciisque duabus atris, prima interrupta.

8. V. Nigra, thorace, margine liturisque, abdomine cingulis flauis. *daedalea.*

Vespa *daedalea* nigra thorace lituris abdomine cingulis flauis. Lichtenst. C. M. H. p. 203. No. 173.

Ex America.

Paulo maior *V. pariet.* Thorax niger margine liturisque duabus, basi coeuntibus flauis. Scutellum flauum. Abdomen nigrum cingulis quinque flauis. Pedes nigri. Alae albae, venis margineque antico fuscis.

9. V. Ferruginea, thorace subcarinato aurotomentoso margine antico ferrugineo. *chrysothorax.*

Vespa *chrysothorax* ferruginea, thorace aureo nitente. Licht. C. M. H. p. 203. No. 174.

Ex America.

Magnitudine *V. morio.* Caput nigrum. Antennae nigrae articulo vltimo ferrugineo. Thorax subcarinatus margine antico ferrugineo, cum scutello aurotomentosus. Petiolus dilute, abdomen obscurius ferruginea. Pedes ferruginei. Alae albidae venis margineque antico ferrugineis.

*ochrosticta.* 10. V. Ferruginea, capite thoraceque lituris flauescentibus, abdomine apice nigro.

Vespa *ochrosticta* ferruginea thorace lituris flauis. Lichtenst. C. M. H. p. 203. No. 175.

Ex America.

Paulo maior *V. trifasciat.* Caput et thorax ferruginea lituris flauescentibus. Oculi cinerei. Antennae ferrugineae. Petiolus ferrugineus. Abdomen obscure ferrugineum apice nigrum. Pedes pallidi. Alae sordide albae, margine fusco.

*scutellata.* 11. V. Ferruginea, thoracis margine, cingulisque duabus baseos, lineis duabus scutelli, cinguloque abdominis flauis.

Vespa *scutellata* ferruginea scutello lineis duabus exalbidis. Licht. C. M. H. p. 203. No. 176.

Ex India orientali.

Caput cum antennis ferrugineum. Labrum flauum. Thorax ferrugineus margine cingulis-

gulisque duabus versus basin flauis. Scutellum ferrugineum lineis duabus flauis. Petiolus flauus linea media ferruginea. Abdomen ferrugineum cingulo lato versus apicem flauo. Pedes ferruginei. Alae ferrugineae apice fuscae.

## O D O N A T A.

### *Libellula.*

1\. L. Alis alboflauescentibus, posticis vitta baseos lutea basi apiceque brunneo maculata. *vittata.*

Ex India orientali.

Statura *L. carolinae*, magnitudine *rubicundae.* Thorax, pectus et abdomen viridiaenea. Alae omnes alboflauescentes, anticae apice fuscae, stigmate ante apicem, medioque costali nigro. Posticae basi vitta lutea, in cuius basi macula irregularis brunneocaerulescens, in apice macula triangularis marginem haud attingens brunnea.

## GLOSSATA.

### *Papilio.*

### a) Equites Troes *).

*Numa.* 1. P. Alis caudatis concoloribus fuſcis poſticis maculis diſci albis rubrisque lunulisque marginalibus rubris.

In Sumatra detexit Daldorfius.

Nimis *Mutio* affinis, differt defectu faſciae albae in alis anticis, et maculis albis rubrisque in diſco. Caput nigrum, ſupra punctis ſex albis ſubtus albolineatum. Lingua nigra. Oculi obſcure teſtacei. Thorax fuſcus antice albopunctatus. Abdomen fuſcum, ſubtus albo trilineatum. Alae anticae fuſcae diſco dilutiores, margine albo. Poſticae caudatae fuſcae alboirroratae, in diſco maculis duabus elongatis rubris, quos inſequuntur, maculae tres albae, quarum prima vltimae rubrae inſerta eſt. Exciſurae marginales albae rubronotata.

### b) Feſtiui.

*Mercurius.* 2. P. Alis concoloribus fuſcis, anticis lineis flauis apice coeruleis, poſticis lineis totis flauis.

In Sumatra detexit Daldorfius.

Magni-

*) Forte nouum genus, nondum rite examinatum.

Magnitudine fere *P. ſimilis*. Alae anticae fuſcae, margine antico albopunctato, lineis flauis apice coeruleis. Poſticae lineis totis flauis. Subtus albo nigroque varius.

c) Nymphales.

3. P. Alis dentatis ſupra fuſcis faſciis maculisque albis, ſubtus luteis faſciis maculisque albis. *Acidalia.*

E China acceptam dedit Jebens.

Affinis *Leucothoe* at duplo minor. Differt inprimis ſubtus defectu punctorum nigrorum. Alae anticae fuſcae, punctis marginalibus octo, faſciisque duabus, prima a baſi inchoans e maculis duabus, ſecunda arcuata, venis in maculas ſex diuiſa. Alae poſticae fuſcae faſciis duabus albis, prima integra, ſecunda venis in maculas ſeptem diuiſa. Subtus luteae iisdem faſciis maculisque albis, hic margine fuſco.

d) Danai.

4. P. Alis integerrimis rotundatis flauis, anticis margine apicali nigro, ſubtus atomis maculisque ferrugineis. *Concordia.*

E China accepit et mecum communicauit Doct. Jebens.

Sta-

Statura et summa affinitas *P. Hecabe*, at paulo maior. Differt inprimis margine apicali alarum anticarum aequali, alisque posticis totis flauis, haud nigro marginatis, et atomis maculisque maioribus paginae inferioris.

*Glicíria.* 5. P. Alis rotundatis integerrimis albis, anticis maculis duabus apicibusque nigris, posticis maculis quinque marginis apicalis, vna marginis exterioris nigris.

Cram. Inf. 15. tab. 171. fig. E. F.

E China. Donauit Jebens.

In omnibus *Brassicae* simillima, differt alarum posticarum maculis apicis quinque marginalibus, quinta obsoleta.

e) Satyri.

*Francisca.* 6. P. Alis subdentatis concoloribus fuscis anticis ocello nigro, subtus linea ocellorum minutorum.

Cram. Inf. 28. tab. 326. fig. E. F.

E China acceptam donauit Jebens.

Alae anticae supra obscure fuscae ad apicem, versus marginem interiorem ocellum magnum flauocinctum, pupilla niuea. Posticae supra concolores limbo dilutiore, ante limbum ocellos duos minutos. Subtus alis griseis fasciis duabus obscurioribus lineaque ocellorum minutorum.

*Hespe-*

## *Hesperia.*

### a) Rurales.

1. H. Alis bicaudatis coeruleis limbo fuſco, poſticis faſcia transuerſa maculisque duabus apicis nigris. *Cephalus.*

Ex India orientali miſit Daldorf.

*Cippo* maior. Antennae nigrae apice parum cinereae. Alae anticae ſupra coeruleae nitidae, limbo fuſco, poſticae caeruleae limbo, faſcia verſus apicem interrupta ocellisque duobus apicis nigris. Subtus albidae margine ſtrigaque interrupta tenui nigris, poſticae ocellis duobus apicis nigris limbo rufo. Caudae duae ſetaceae nigrae apice albae.

## *Zygaena.*

1. Z. Atra, alis anticis maculis quinque, poſticisque baſi feneſtratis, abdominis macula baſeos cinguloque verſus apicem luteis. *cingulata.*

E China.

*Z. dipterae* paulo maior. Antennae nigrae apice albae. Thorax niger. Pectus vtrinque maculis duabus luteis. Alae nigrae, anticae maculis quinque feneſtratis, vna in duas vena diuiſa, poſticae baſi feneſtratae.

*caerulenta.* 2. Z. Antennis pectinatis, alis fuscis anticis macula alba, posticis subfenestratis, abdomine cingulis duabus anoque barbato aureo,

Patria me fugit.

Parua. Caput obscure ferrugineum. Antennae pectinatae nigrae. Thorax niger. Abdomen nigrum cingulis duobus approximatis aureis. Anus barbatus aureus. Alae anticae fuscae, macula versus apicem exalbida. Posticae subfenestratae.

## *Noctua.*

*variegata.* 1. N. Alis incumbentibus anticis griseo fuscoque variis, vitta irregulari viridi, posticis luteis lunula limboque atris.

*Phalaena Ancilla* *) Cram. Inf. 13. t. 149. f. F.

Ex India orientali.

2. N.

*) Forte haec quoque species, est *Diascoreae* varietas, forte vero etiam

*Ph. Collusoria* Cram. Inf. 15. tab. 172. fig. F.
*Ph. Pomona* Cram. Inf. 7. tab 77. fig. C.
et *Ph. Cajeta* Cram. Inf. 3. tab. 30. fig. A. B. C.

sunt seiungendae. Haec saltem ceteris magis differt. Ad diagnosin ceteram rite formandam deficit speciminum numerus.

Nomen *Crameri* haud retinui, quia iam in *Fabricii Entom. syst.* occurrit.

2. N. Alis incumbentibus, anticis viridibus, ſtriis duabus obſcurioribus, maculis punctisque albis poſticis luteis limbo lato nigro margine albo punctato. *maculata.*

Ex India orientali miſit Daldorfius.

Alae anticae obſcure virides, ſtriis duabus fuſcis, prima verſus baſin, altera verſus apicem, inter has maculae duae magnae punctaque varia alba. Poſticae luteae limbo exteriore apiceque late nigris, margine albo punctato. Subtus alis anticis fuſcis macula magna media alba, et ad marginem internum macula lutea. Poſticae paginae ſuperiori concolores, macula alba in limbo exteriore.

## *Phalaena.*

### *Antennis ſetaceis.*

1. T. Alis fuſcis violaceomicantibus maculis punctisque albohyalinis. *Tyres* *)

Cram. Inſ. 22. tab. 263. fig. C.

E Bengalia miſit Daldorf.

Magnitudine et ſtatura *Ph. ſulphuratae.* Caput fuſcum, ſubtus album. Thorax fuſcus albo-

*) Nomen *Crameri* haud in *Tyrdam* mutaui, vti *Fabricius* ſolet, quod quidem nomen diuerſiſſimum ſaepe praebet, e. g. *P. Mileto* Cram. in *Milata* No. 297. mutatum.

albolineatus. Abdomen fuſcum lineis duabus dorſalibus macularibus albis. Alae fuſcae violaceomicantes, maculis punctisque albohyalinis, margine fimbriato. Venter et pectus alba.

## R H Y N G O T A.

### *M e m b r a c i s.*

*ſubulata.* 1. M. Thorace bicorni, poſtice producto ſubulato longitudine abdominis exalbido, fuſco variegato.

Ex America. Droegius.

Statura omnino *M. cornutae,* at maior. Caput pallens. Oculi griſei. Thorax pallens, cornubus duobus parum arcuatis, poſtice productus, ſubulatus longitudine abdominis, faſciis duabus brunneis. Alae flauae venis rufis. Abdomen fuſcum. Pedes flaui. Coxae et femora media nigra.

*carinata.* 2. M. Thorace ſubſpinoſo globoſo poſtice producto ſubulato, carinato, lineis quatuor cruentis, abdomine pallido, alis albis hyalinis.

Ex America.

Magnitudine praecedentis. Caput nigro pallidoque varium. Thorax griſeus biſpinoſus

ca-

carinatus, antice globosus, postice longitudine abdominis productus, subulatus, lineis quatuor sanguineis. Abdomen et pedes pallida, tarsi obscuriores.

*Tettigonia.*

1. T. Nigra, thorace antice parum postice late flauo, scutello postice sanguineo, elytris venis sanguineis, alis margine albo. *gigantea.*

In Sumatra collegit Daldorfius.

Gigas in hoc genere, duplo maior *T. atratae.* Caput nigrum. Oculi brunnei. Thorax niger, lineis diuergentibus quatuor impressis, antice parum, postice late flauus. Scutellum nigrum postice sanguineum. Elytra nigra costa venisque sanguineis. Alae atrae margine albo. Abdomen nigrum lateribus medio flauis. Pedes nigri.

*Cicada.*

1. C. Thorace flauo, scutello fusco elytris sanguineis atomis albis maculisque nigris, alis purpureis apice nigris, maculis albis et nigris. *atomaria.*

E Sumatra mecum communicauit Daldorfius.

*C. lanat.* maior. Caput inaequale flauescens. Thorax flauescens, marginatus, carinatus.

natus. Scutellum fuſcum lineis tribus eleuatis. Elytra ſanguinea apice fuſca, atomis albis, maculis punctisque plurimis nigris, Alae formoſiſſimae purpureae, apice nigrae, maculis nigris et albis. Abdomen nigrum dorſo ſanguineo. Pedes nigri.

*farinoſa.* 2. C. Capite thoraceque rubris, ſcutello flaueſcente, elytris cyaneis apice fuſcis margine exteriore ſanguineo.

In Sumatra detexit Daldorf.

Praecedenti maior. Caput marginatum rubrum, maculis duabus pallidis. Thorax ruber marginatus carinatus. Scutellum aureo flaueſcens. Elytra cyanea apice fuſca, alboirrorata margine exteriore ſanguineo. Alae ſanguineae apice fuſcae, albomaculatae. Venter niger, dorſum ſanguineum. Pedes nigri.

*C e r c o p i s.*

*4guttata.* 1. C. Fuſca, elytris punctis maculisque duabus marginalibus albidis.

Kiliae detexi.

Nimis affinis *biſaſciatae*, attamen diuerſa videtur. Caput et thorax fuſca. Elytra fuſca, punctis maculisque duabus marginalibus albidis.

bidis. Alae hyalinae. Pedes fuſci, poſtici flaui. Abdomen nigrum marginibus anoque flauis.

## *C i m e x.*

*Ouati thorace mutico.*

1. C. Violaceus, ſcutello apice niueo elytris apice fuſcis. *amethyſtinus.*

E Sumatra. Daldorfius.

*C. nigripede* maior. Antennae obſcure cyaneae. Thorax marginatus rugoſus. Scutellum rugoſum apice puncto niueo. Elytra violacea apice fuſca. Abdominis ſingulum ſegmentum vtrinque macula flaua.

## A N T L I A T A.

## *A n t h r a x.*

1. A. Atra hirta hirta abdominis ſegmento ſecundo et tertio apice ciliis argenteis, alis obſcure fuſcis maculis obſcurioribus, apice hyalinis. *obſcura.*

In Heluetia collegit Doct. Versmann.

Statura et magnitudine *A. maurae*, at omnino diuerſa. Thorax niger hirtus antice albo-

bociliatus. Abdomen nigrum hirtum, margine postico segmenti secundi et *tertii* argenteo ciliato. Alae obscure fuscae *ma*culis obscurioribus, apice hyalinae. Pedes nigri.

# Errata.

p. VII. l. 26. nec leg. me.
- IX. - 25. eam - eum.
- 4. - 26. Ateuctorum leg. Ateuchorum.
- 10. - 24. a leg. ab.
- 12. - 20. acutis leg. obouatis.
- 13. - 13. triarticulata leg. triarticulati.
- 16. - 28. adiiciendum est e. g. americanus.
- 36. - 8. nigoum leg. nigrum.
- 37. - 11. inuenitus leg. inuenitur.
- 47. - 8. fascius leg. fasciis.
- 48. - 5. Habita - Habitu.
- - - 16. pygmatae leg. pygmaeae.
- 53. - 4. nigro leg. nigra.
- 54. - 9. pecto - puto.
- 57. - 1. lateralibus leg. lateribus.
- - - 7. lateralibus - lateribus.
- 64. - 15. lateralibus - lateribus.
- 67. - 17. nouam leg. nouum.
- 69. - 5. obliuaua leg. obliuacea.
- 70. - 8. lanulis leg. lunulis.
- - - 21. detritem leg. detritam.
- 71. - 8. versiculora leg. versicolora.
- - - - limes leg. lineis.
- 74. - 12. solam - solum.
- 79. - 14. distinctus leg. disiunctus.
- 84. - 32. aptandum - optandum.
- 88. - 1. illo leg. ille.



